

4.
2

Incipit tabula Primi libri q̄ dicitur speculū
Istori de summo bono. Et sūt libri tres.

Q uod deus sūm⁹ et incōmutabilis sit. .1.	
Q̄d immēsus ⁊ omnipotēs sit deus. .2.	
Q̄d inuisibilis sit deus. .3.	
Q̄d ex creature pulchritudine agnoscat̄ de⁹. .2.	
Q̄d ex nr̄o quedā sp̄ties ad deū referant̄. .7.	
Q̄d deo nulla tēporū successio ascribitur. .6.	
De temporibus. .1.	
De mundo. .8.	
Vñ malum sit inuentum. .9.	
De angelis. .10.	
De homine. .11.	
De anima ceterisq; sensibus. .12.	
De sensibus carnis. .13.	
De cristo. .12.	
De spiritu sancto. .17.	
De ecclesia ⁊ heresibus. .19.	
De hereticis. .18.	
De gentibus. .18.	
De lege. .19.	
De septem regulis legis. .20.	
De differentia testamentorum. .21.	
De simbolo ⁊ oracōne dominica. .22.	
De baptismo ⁊ coione. .23.	
De martirio. .22.	

LANDES-
UND-STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

De sanctorum miraculis .
De antepo et eius signis .
De resurrectione .
De iudicio .
De gehenna .
De penis impiorum .
De gloria sanctorum .

¶ Quid deus sumus et incommutabilis sit

Immū bonū deus ē q̄ incommutabi
lis ē ⁊ corrūpi oīno non potest . Crea
tura vero bonū ē sed non sūmū est q̄
mutabilis est et dū sit quidem bonū
non tamē esse potest ⁊ sūmū . Quid ē immorta
litas dei nisi eius incommutabilitas . Nā ⁊ ange
li et anime immortales sūt s̄ immutabiles nō
sūt . Ideoq; solus deus dicitur immortal⁹ q̄ so
lus incommutabilis . Nam anima morit̄ dū dese
rētē deo de bono in malū mutatur . Sic et āgel⁹
dū deserto deo est lapsus . ¶ Quid materia ē habet
vñ existat . mutabile est . q̄ de informi ad formā
trāsīt . ¶ Quid vero non habet materiā immutabile
est sicut de⁹ . Ita q; bene hęc substantialit̄ sunt
in deo ⁊ incorruptio immortalitas et incommuta
bilitas . Inde ⁊ merito cūcte preponit̄ creature
Opus non osilium apud deū potest mutari . nec

variari cū. quia p varia tēpa diuersa precipit
Sed manēs idē immutabilē a eternus qđ cui
q; congruū est temp̄i ab ipsa eternitate. in eius
māsit disposicōnis cōsiliij. Nō vsu nostro aliud
deū putare. aliud pulchritudinē eius. atq; aliud
mansuetudinē eius. sicut aliud est homo. aliud
pulchritudo. quia desistente pulchritudine homo
manet. Ac per hoc qui ita intelligit. deū corpore
um esse credit. dū pulchritudo dei ipse deus sit
qđ deus dicitur simplex. siue non amittendo
quod habet. seu quia nō aliud est ipse. et aliud
quod in ipso est. Inordinate dici. seu cōferri vi
cijs. solēt ea que ordinate in deo sūt ut pte sim
plicitas que aliquando dicitur pro stulticia.
et non est. apud deum vero summa simplici
tas est. Juxta hanc regulam et cetera existi
manda sunt

Qđ immensus et omnipotēs sit deus. Cap. 2.

Non ideo celum et terram implet deus
ut cōtineant eum. sed ut ipsa potius
contineantur ab eo. Nec particulatim
deus implet omnia. sed cum sit idē vnus. vbi
q; tamen est totus. nō ita putandus est esse de
us in omnibus. ut vnaqueq; res pro magnitu
dine porcionis sue capiat eum. id est maxima
maius. et minima minus. dum sit potius e
iā ipse totus in omnibus siue omnia in ipso

Omnipotēcia diuine maiestatis cūcta potesta
tis sue immensitate cōcludit. Nec euadendi po
tencias eius quisquis aditum inuenire potest
quia ille omnia circumq; ostendit. Cūcta
enim intra diuini iudicij omnipotenciam coar
tantur sine qua continenda sunt ut salua sine
seu ea que amputāda sunt ut peāt. Nullaten⁹
ergo possibile est effugere dū quempiā. Qui e
nim eum nō habet placatū nequaquē euadit ira
tum. Immēstas diuine magnitudinis ista est
ut intelligamus eū intra omnia sed nō indusū
extra omnia sed non exclusū a deo interiorē
ut omnia cōtineat ideo exteriorē ut incircum
scripte magnitudinis sue immēstas omnia cō
cludat. Per id ergo qd exterior est ostenditur
creator esse. per id vero qd interior gubernare
omnia demōstratur. Ac ne ea que creata sūt si
ne deo essent deus intra omnia est. Verū ne ex
tra deū essent deus exterior est. ut omnia cōdu
dantur ab eo de consumacōne aliquid facti dici
tur pfectio. deus autem qui non est factus quo
modo est pfectus. Sed hūc sermonem de vsu
nostro sumit humana impia sicut et reliqua
verba quatenus id qd ineffabile est utcūq; di
ci possit quomā de deo nichil digne humanus
sermo dicit. dū local nō sit deus localiter tñ in
suis ābulat sanctis dū de loco in locū p̄dicatur

ab eis. Nam deus qui nec loco mouetur nec tpe
in seuis tamē suis a tpe a loco mouetur. Quo
ciens ab eis dē localiter predicatur: dnm de deo
nec scdm qualitatē. nec scdm sitū. nec scdm ha
bitū aut motum. aliquid digne dicatur. inest
tamen ei quodāmodo latitudo caritatis. q̄ nos
ab errore abstrahit a cōtinet in veritate. Inest
ei a lōgitudo. qua nos longanimiter malos por
tat. donec emendatos patrie future restituat.
Inest ei a latitudo per quam omnē sensum sue
sciētie immēsitare exsuperat. Inest ei et p̄fūdū
quo dampnandos in seuis iuxta equitatem. &
iuxta equalitatem amādos deus in seuis suis
disponēs p̄ordinat.

Qd̄ inuisibilis sit deus.

Cap. 3.

Qum de deo loquēs scriptura plerumq;
dicat. ecce deus. non q̄si visibilē ostendit
sed vbiq; esse presentem significat. per
id qd̄ dicit. ecce dominus. vel quod magnitudi
nem diuinitatis eius nullus sensus possit atin
gere. etiam nec angelica nec humana. post re
surrectionem natuā proficiat. a ad cōtemplan
dum deum in diuersa confurgat. Videre tamē
eius essentiam non valet plane q̄ nec ipsa pro
ficiat angelica in totum attingit scire. scdm a
postolum qui ait. Et pax dei que exsuperat
omnem sēsum. ut subaudias etiam angelorum

Sola enim trinitas sibi integre nota est a hu-
manitas a xpo suscepta que tertia est i trinita-
te persona. Intelligibiliter quod a miro modo
dei eencia sciri potest dum esse creditur. Opus
vero eius qd utiq; equari a non potest atq; iu-
dicia a nullo penitus sciuē dei secreta vl iudicia
a eius non posse sensu penetrari vl angelico vel
humano. Et ideo qz occulta sed iusta sunt tm̄
venerari ea op⁹ ē et timere nō discutere aut in-
q̄rere scdm aplm qui ait. Quis enim agnouit
sensum dñi aut quis consiliarius eius fuit.

Qd ex creature pulchritudine agnoscat de⁹.

Ex ad incorporea creatoris magnitudi-
nem creaturarū corporea magnitudo cō-
ponitur ut magna consideretur ex paruis
a ex visibilibus invisibilia existimetur atq; ex
pulchritudine sanctorum effcoz operū cognosca-
tur. non tamē parilitate cōsimili sed ex quadā
subdita et creata spē boni. Sicut ars in artificē
retorq̄t laudem ita rerū creator per creaturam
suā laudat. Et quāto sit excellēti⁹ ex ipsa ope-
ris cōdicōne monstratur. Ex pulchritudine cir-
cumscripte creature pulchritudine suā que cir-
cūscribi neq̄t fac de⁹ intelligi ut ipsis vestigijs
reuertatur homo ad deum quibus auersus est
ut qz per amorē pulchritudinis creature a cre-
atoris forma se abstulit rursum p creature decorē

ad creatoris pulchritudinē reuertat. Quibusdā
gradib; intelligētie p cognicōem creaturaz. p
greditur hō ad intelligēdū deum creatorē. Id
est ab insensibilib; surgens ad sensibilia. a sensibi
libus surgēs ad racōnabilia. a racōnabilib; ad
creatorē. Intelligibilia p se collaudant deū. ut
racōnabilia a insensibilia. nō per se sed per nos
dū ea cōsiderātes deū laudamus. Sed ideo dicū
tur laudāe ipsa qz eandē laudē earū pturēt cau
sa. Dixerūt ātīquī qz nichil tam ebes sit qd nō
sensū habeat in deū. Hinc ē illud qd ex filice du
ra sūntilla excurt. Et si ignis in saxo. vtiq; ibi
sēntur sensus vbi se vita nō sentit.

Qd ex vsu nostro quedam species ad deum
referantur.

Cap. 7.

Nostro vsu deus zelare dicitur vel dolere.
Hoy enim motuū apud deum perturbacō
nulla est. apud quē tranquillitas summa est.
Non ita est precipitāda mentis sentenciā. ut
credamus posse dō furoris vel mutacōnis acce
dere perturbacōnem. sed ipsam equitatē iusti
cie que reos punit. iracūdiam sacra lectio no
minauit. quomā qd iudicātis equū ē furor ē et
indignacō paciētis. Ita g̃ intelligere op⁹ est a
alias passioēs q̃s de affectione humana ducit
scripturā ad deū. ut a iux se incommutabil sit cre
dēdū. et tñ p cāz effectib; ut facili⁹ intelligat

nostre locutionis a mutabilitatis genere appel-
letur. Tam demeter deus humane consulit infir-
mitati ut quia eum sicut est non possimus agnos-
cere nostre locutionis more se ipsum nobis infi-
nuet. Vñ et membrorum nostrorum qualitatem ha-
bere describitur a passionum indigna dici de se
voluit quatenus ad sua per nostra nos traheret
a cum descendit nobis confunderemur ei Mul-
tis modis deus ad significandum se hominibus de
inferioribus rebus spiritus ad se trahit quem reuera
iuxta propriam substantiam invisibilem esse a in-
corporeum constat. Plerumque de corporibus ad de-
um sumuntur qualitatum spiritus que tamen in deo non
sunt. quia in propria natura incorporeus est et in-
circumscribitur sed pro efficacia causarum rerum in
ipso species scribuntur ut quia omnia videtur dica-
tur oculis a propter quod audit omnia dicatur auribus
Pro eo autem quod auertitur ambulat pro eo autem
quod expectat stat. Sic a in ceteris horum similibus
ab humanis mentibus trahitur similitudo ad deum
sicut est obliuiscens a memorans. Hinc est quod
a propheta dicit Iuauit dominus exercituum per animam
suam non quod deus animam habeat sed hoc nostrum
narrat effectum. Et alibi simili figura a vermibus a
scarrateis intelligitur. Nec mirum si vilibus sig-
nacionibus figuretur qui usque ad nostratum passio-
num seu carnis contumelias descendisse agnoscat.

Nam et r̄ps agnus nō p̄ natura sed p̄ innocen-
tia et leo p̄ fortitudine non p̄ natura et serpens
p̄ morte et sapiētia non pro natura scribit̄. Nā
et in p̄ph̄a plaustrī portātis fenum sp̄s ducit̄
ad deum. Et hec ideo omnia per figurā r̄ps quia
nichil est horū ad p̄prietatē substācie eius non
scdm̄ essenciā sed secundū similitudinē sp̄s du-
cuntur ad d̄ū neq; p̄ substācie p̄prietatē s; p̄
efficiēcia causarum. vñ et creditur de⁹ nū q̄ vi-
sibiliter hominib⁹ apparuisse n̄ p̄ assumptā cre-
aturatū sp̄m. ff̄allunt̄ quidam stultorum dū
legūt ad ymaginē dei factū esse hominem arbi-
trantes deū esse corporeum dū non caro qđ est
corpus sed anima qđ est spiritus dei ymaginē
habeat. Non ergo esse corpis formā in deo quī
hominē ad ymaginē suam fecit quia mentē nō
carnē ad similitudinē suā creauit. Cogita igit̄
quale corpus habeat veritas et dū non inuene-
ris hoc est de⁹ facies dei in scripturis sacris. nō
caro sed diuina cōgnitō intelligitur eadē racōe
qua per faciē inspectā quisq; cognoscit̄. hac
enim racōne in oracōne dicitur deo ostēde nob̄
faciē tuā ac si dicatur da nobis cōgnitōez tuā
Os dei v̄nigenit⁹ eius est. Nā sicut p̄ verbis
que p̄ linguā fiunt sepe dicimus illa et illa lin-
gua ita et p̄ dei verbo os ponitur qz mos est ut
ore verba formēt̄. Et si volueris genē locucōes

illo demonstrare. quo is qui efficit per id quod effici-
tur nominatur. bene os pro verbo ponis. sicut lin-
guam pro verbis. sicut manus pro litteris. Vestigia
dei sunt quibus nunc deus per speculum agnoscitur. Ad
perfectum vero omnipotens reperitur dum in futurum
facit ad faciem quibusque electis presentabitur. ut ipsam
speciem contempletur. cuius nunc vestigia contem-
plare conatur. Hoc est quod videre per speculum dicitur sicut et cetera.

Quod nulla temporum successio asseritur. Cap. 6.

Omnia tempora precedit diuina eternitas. nec in deo preteritum presens. futurum ve aliquid creditur. sed omnia presentia in eo dicuntur. quia eternitate sua cuncta complectitur. Alioquin mutabilis est deus credendus. si ei successiones temporum asserantur. Si semper aliquid essent cum deo tempora. non esset tempus. sed esset eternitas nec mutarentur tempora si starent. Presens preteritum et futurum nostrum est habere non deum. Verbi causa dicimus pro presenti teneo codicem pro preterito tenui. pro futuro tenebo. vniuersitatem vero deus tenet. et pro tenuit et tenebit. tenet deus Sed nec ipsorum angelorum successio accessio ve est temporum. Nam dominus esse increaturis res quarum vicissitudo temporum non valet. angeli scilicet propter quod incommutabili inheret creatori. siue materia illius informis pulchra ex ea omnia ista que temporalia iam voluerunt formare nec ipsi vti que valebat

Tempus igitur nō ad eas creaturas que sup̄
celos sunt sed ad eas que sub celo sūt dimoscit̄
p̄tinere. Non enim angelis accedūt tpa v̄l suc
cedūt sed nobis qui sub celo versamur in hoc
infimo mūdo.

De temporibus.

Nulla ante principium mūdi fuisse tpa
quia dū sit ipsum tēpus creaturā in p̄n
cipio etiam mūdi factū esse credendum ē
Ideo p̄ncipiū dicitur q̄ ex ipso cepit rerum v̄
niuersarū exordium. Nullū spaciū corporalē
habent tpa q̄ ante abcedunt pene q̄ veniant.
Ideoq; in rebus null⁹ status ē temporū. q̄ cele
ri creaturē motu mutātur. Nec centū anni vnū
tempus est nec vnus ānus vnū tēpus est. nec
vn⁹ mēsis vnū temp⁹ est. nec dies. nec hora
quia dū hec omnia p̄ncipulis succedūt suis et de
cedūt quomodo vnū dicendum ē quod nō siml
est. vtrū sit preteritū futurum v̄ tēp⁹ sicut pre
sens a si est sc̄re oportet vbi est. Sed aduerte
q̄ cūcta a futura a preterita et p̄ncīa in animo
sūt pot⁹ requirēda. Tria ista preterita p̄ncīa
et futuā in animo tātum possunt inueniri. pre
terita remiscendo p̄ncīa continendo futuā ex
spectando. Speāmus igitur adueniēcia intue
mur p̄ncīa recolim⁹ trāseūcia. Hec nō ita i deū
sūt cui simul hec oia assunt.

De mūdo



Mundus ex visibilibus rebus. sed tamē
inuestigabilibus constat. Homo au
tem ex rerum vniuersitate cōpositus.
aliter in breuū quodammodo creatus est mun
dus. Ratio mundi de vno considranda est
homine. Nam sicut per dimensiones etatum
ad finem homo vergitur. ita et mundus per
hoc q̄ distenditur tempore deficit. quia vnde
homo atq; mundus crescere videtur inde vter
q; minuitur. Frustra dicitur per tanta retro
tempora deo vacāti noua pro mundo faciēdo
orta fuisse cogitatio. quando in suo consilio e
terno maneret huius mundi constructio nec
tempus ante principium sed eternitas fuerit.
Tempus vero a substitutione creature non
creatura cepit a tempore. Quidam apunt.
Quid faciebat deus anteq̄ celum faceret. Cur
noua voluntas in deo ut mundum conderet or
ta est. Sed noua volūtas in deum exorta non
est. quia et si mūdus nō erat. in eterna tamen
ratione a consilio semper erat. Dicunt quidam
quia subito voluit deus facere mundum qd̄ an
te non fecit. voluntatem dei immutari arbi
trantes qui aliquando voluit quod aliquan
do non voluit. Quibus respondendum est. vo
luntas dei deus est. quia nō ipse aliud est aliud
voluntas eius. sed hoc est illi velle qd̄ ipse est.

Et qđ ipse est vsq; eternus est. incōmutabilē
est hoc est ergo volūtas eius. Materies ex qua
formatus est mundus origine non tpe res a se
factas p̄cessit ut sonus cantū. prior enim son⁹
est cantu qđ suauitas cantilene ad sonū vocis.
non sonus p̄tinet ad suauitatē ac per hoc vtrū
q; simul sunt sed ille ad quē p̄tinet cantus pri
or est id est sonus. Materia ex qua celū terraq;
formata est ideo informis vocata est. qđ non ū
ex ea formata erāt que formari restabant vtz
ipsa materia ex nichilo facta erat. Aliud est a
liqđ fieri posse aliud fieri necesse eē. fieri necesse
est. quod deus naturis inseruit s̄ fieri aut posse
est qđ extra cursum inditū naturarū creator ut
faceret quādoq; voluit reseruauit. Non ex hoc
substāciam habē credende sunt tenebre quia
dicit dñs p̄ p̄phetā. Ego domin⁹ formans lucē
a creās tenebras. Sed qđ angelica natura que
nō est preuaticata lux dicitē. illa autē que pre
uaticata est tenebrarū nomine nūcupatur. vñ
a in principio lux a tenebris diuiditur. Sed qđ
et hps a illos deus creauit inde formans lucem
a creās tenebras. verūtamen bonos angelos
non tm̄ creās sed etiam formans malos vero
creās tm̄ a non formans hoc a de hominib; bo
nis malisq; accipiēdū est. Post ad numēatā
celi terreq; creaturā ideo nominatur in genesi

spiritus sanctus. ut quia superferri eum dici oportebat atque illa nominaretur. quorum creator spiritus sanctus superferri diceretur. Quod et apostolus indicat. dum supereminentem viam caritatis demonstrat. Ideo superferri aquis spiritus sanctus dicitur. quod donum est dei in quo subsistentem requiescimus atque per gratiam deo nos superferunt nobis. Vnaqueque natura suo potestate nititur. Ignis autem et oleum merito superiora semper appetunt. quod per ipsorum figuram superferri uniuersae creaturae spiritus sanctus probatur. Dies prior factus angelis fuit. quorum propter unitatem insinuanda non dies primus. sed dies dicitur est unus. Et idcirco ipse repetitur semper in executione creaturae. Qui dies hoc est natura angelorum quam creaturam ipsam contempleretur quodammodo respicebat. Non autem permanendo in eius creature constitutione. sed laudem eius ad deum referens etiamque melius in diuina ratione conspiciens continuo manebat. Si vero permanere neglecto creatore in creaturae aspectu iam non respicebat sed non utique fieret. dum se creatura melius in deo quam in seipsa nouerit. ipsa sui cognitione quod maior in deo est dies et lux dicitur. Cognitione vero sua in seipsa ad compensationem cognitionis illius quae est in deo. quia longe inferior est. respicebat nominatim ideoque post respiciendum manebat. quia dum suam in se cognitionem sibi satisfacere non agnosceret. ut se plenius nosse potuisset ad deum sese refererebat creaturam in qua se dies

agnoscendo melius fieret. Non sic quē ad modō
nos transitorie dicimus fiat aliqđ sic de9 dixit
fiat celum in principio. Illud enim sepiterne i
verbo vnico dictū est. si trāitorie dictū est a de
o fiat. erat vtq; creatura aliqua vñ iā tales fi
eret vox. Sed qz āteq̄ diceret fiat nulla exstitit
creaturā idipsum fiat qđ dictū est in eternitate
verbi non vocis sono enūciatum est. Non sep
cies a deo visa sepciesq; laudata est creatura
que āteq̄ fieret perfecte ab illo est visa. S; dū
nos singula vidētes laudam9 tāq̄ ipse videat
laudat q; p nos. sicut illud. Nō enim vos estis
q̄ loquimini s; spiritus patris vestri quī loq̄tur
in vobis. Proinde sicut ipse p nos loquitur ita
videt a laudat p nos sed per se pbenmter ac se
piterne videt. p nos vero tpalit. Attēdite vni
uersaliter creaturā in primācio valde bonā vo
cari. singulariter vero tātum bonam qz a men
bra corpis cū sint singula bona magis tamē bo
nū sciunt dum singula omnia valde bonū cor
pus efficiūt. Decor elementoz oim in pulchro
a apto cōsistit. Sed pulchrū est qz p se ipsum ē
pulchrū ut homo ex anima et membris omni
bus cōstans. Aptū ergo est ut vestimētum et
vidus. Ideo q; hominem dici pulchrū a se qz
non vestimēto a vidū est homo necessarius s;
ista homini. ideo autē illa apta. qz non sibi sicut

homo pulchra aut a se sed ad aliud . id est ad
hoic; accomodata nō sibi necēssaria. Hoc
a de ceteris elemētōrum naturis dicēdum . Cū
ta que sunt a facta sūt . mira valde sūt sed con
suetudine viluerūt . Ideoq; sic diuina scrutari
opa oportet ut semp ea cogites immēsa . fecit
deus omnia valde bona . nichil ergo natura ma
lum . quādo a ipsa que in creaturis vidētur esse
penalia . si bene vtātur a bona et prosa sunt . si
male vtātur nocēt . Ita ergo ppēda est cre
atura ex nō vsu nō tō ex sua natuā valde bona
vñ malū sit inuentū .

Cap. 9.

Malū a dyabolo non est creatū sed inuentū
a ideo nichil est malū . quia sine deo factū
est nichil . deus autē malum nō fecit . Nō quia
alicubi aut aliquādo eāt malū vñ fieret dyabo
lus . s; quia inuitū est . Dū angelus esset bon⁹ . su
pbiēdo effectus ē malus . a ideo recte dicitur ab
eo inuentū esse malum . Nullā esse naturam ma
li quia natura omnis aut incō mutabilis ut d⁹
est . aut cōmutabilis ut natura est . Malū autē
ideo natura nulla est . q; accedēdo in bonā natu
ram efficit eam vicōsam . Qd dum discēdit na
tura manet : et malū qd inerat nusq; est . Ex eo
q; viciū nocet nature agnoscat viciū natura
non esse . quia nichil qd naturale ē nocet . Dum
natura bona dampnatur ppter voluntatē malā

ipsa mala voluntas testis est nature bone que
intantum testatur eam esse bonam ut illam deo pro
malo non relinquat multam. Creditur ab he
reticis veritate a deo vicia a diabolo fuisse crea
ta. Inde et ab ipsis due nature bona et mala pu
tantur. Sed vicia natura non sunt. et dum vere
a diabolo sunt non tamen creata sunt. Quam ob causam
permiserit deus mali aboziri statum. nisi ut ex con
trariis malis bone nature deo permanceret. Mo
dus iste etiam in verbis esse opitur qui modus an
thithera dicitur. quod latine oppositum vel contrapo
situm nominatur. et fit pulchra locutio quando
more contraria prosperis proficuntur. Ita in rebz
permixtum est malum ut nature bonum ad opaci
onem excelleret mali. si radas supercilium homi
nis parvam rem demis sed totum corpus ingeris
feditate. Ita et in vniuersitate creature si extre
mum vermiculum naturam malum dixeris vniuer
se creature iniuriam facis. Cuncta mala pro pecca
tum primi hominis pro pena sunt translata in vni
uersum genus humanum. Proinde quecumque vi
dentur mala primi nobis seruiunt origine primi
culpa. Mala dicunt multa in creaturis puer
fi ut igne quia urit. ut ferrum quia occidit. ut fe
ra quia mordet sed comoda ipsarum non intedens
homo accuset in illis quod sibi debet potius impu
tari quia pro peccato ista effecta sunt noxia que

omni illi ex parte fuerant ante peccatum subie-
cta. Nostro vicō nō sua natura nobis mala sūt
ea que nobis nocēt. Nam lux dum sit bona in
firmis ocul' noxia est. & tūc oculoū vitū nō lu-
cis est. Sic & cetera cum creaturam stimulis ex
elemētorum aduersitatibus homo verteratur
peccatū hoc erigere penā. ut deo superbiēs homo
ea que infra ipsū sunt patiatur aduersa. Vnde
& in sapientia legitur pro deo. Pugnabit pro e-
o orbis terrarum cōtra insensatos. Merito er-
go peccatorum hoc actum est. ut naturaliter p̄
pera mutentur homini in aduersis. Vñ et salo-
mon. Creatura exardescet in tormentum aduer-
sus iniustos. & lenior est ad benefaciēdum hīs
qui in deum confidunt. Non erit caro subiecta a
nime. nec vitia racōni. sed animus non est sub-
ditus creatori. Tunc autē recte subiciuntur no-
bis omnia que sub nos sunt. si nos subiciamur
ei. a quo nobis illa subiecta sunt. Nam et que
videntur esse subiecta ei. qui deo subiectus non
est. ille potius subicitur eis. qui suam volunta-
tem subiugat amori earum que sibi subiecta
existimat.

De Angelis.

Capitulum. 10.

Angelorum nomen officij est non nature
nam scdm naturā spiritus nuncupatur

Quādo enim de celis ad annūciādū hominib⁹
mitūtur ex ipsa anūciacōne āgeli nominātur
Natura enim spūs. Tūc autē āgeli vocātur qñ
mitūtur. Natura āgeloz mutabil est quia in
est eis mutabilitas in natura s̄ facit eos incoe
ruptos caritas sempiterna. Grā nō natura eē
incomutabiles āgelos. Nā si natura incomuta
biles essent dyabol⁹ utiq; nō cecidisset. Muta
bilitatē itaq; nature suffragatur in ill' cōtem
placō creatoris. idē q; priuatus ē apostata āge
lus dū fortitudinē suā non a deo se da se voluit
custodire. Ante omnē creaturā āgeli facti sūt
dum didū est fiat lux. De ipsis enim dicit scrip
tura prior omnium creata est sapiēcia. lux enim
dicūtur participādo lucis eterne. Sapiēcia ve
ro dicūtur genite inherēdo sapiēcie. et cum sint
mutabilis nature nō tamē finit eos cōtempla
cio mutari diuina. Ante oēm mūdi creatōnē
creati sunt āgeli et ante omnē creatōnem ange
lorum dyabolus cōditus est sicut scriptum est
Ipse est in principio viatū dei. vñ et ad cōpacō
nem āgelozum archāgel⁹ appellatus est. Pri
us enim creatus existit ordinis prelatōe nō tē
poris quantitate primatū habuisse inter ange
los dyabolum constat ex qua fiducia cecidit ita
ut sine repacōne lateretur. Cui⁹ prelatōis ex
cellenciā ppheta hñs verb⁹ annūciat. Cedri nō

fuerūt alciōres illo in paradiso dei abietes nō ad
equauerūt fūmitatem illius. Omne linguū pa-
radisi non est assimilātū illi. quomā speciosi-
orem fecit eum deus. Distat conditō angelica a
cōditōne hominis. Homo enim ad dei similitu-
dinē cōditus est. Archāgelus vero qui lapsus
est signaculum similitudinis dei appellatus ē re-
stante dño per ezechielē. dicens. Tu signacu-
lum similitudinis plen⁹ sapiēcie. perfectus deco-
re. in delicijs paradisi dei fuisti. Quāto enim sub-
tilior ē eius natuā rāto plen⁹ existit ad simili-
tudinē diuine veritatis exp̄ssa. Pri⁹ de celo ceci-
disse dyabolū quā hō cōderet aptū ē. Nā mox ut
fact⁹ ē in supbiā erupit et precipitatus de celo ē.
Nā iuxta veritatis testimoniū. Ab iūcio mē dāp-
fuit et in veritate nō stetit. qz statū ut fact⁹ ē ceci-
dit. fuit qdē in veritate cōditus s; nō stādo cō-
stitim a veritate ē laps⁹. Vno supbie lapsu dū dō
p̄ tumorē se cōferret hō cecidit ut dyabol⁹. s; hō
reūsus ad penitēciā deo se inferiorē esse agnouit
dyabol⁹ in hoc nō solū v̄tēt⁹ qd se dō estimās
eqlē cecidit. insup etiā supiorē dicit se dō scdm
ap̄li dictū q̄ ait de an̄t̄p̄o. Qui aduersat et ex-
tollit sup̄ omne qd dicit de⁹ aut qd colit. Dya-
bol⁹ ideo nō petit veniā. qz nō cōpūgitur ad peni-
tēciā. Mēbra vero que se p̄ p̄p̄erisim deprecāt
qd tñ p̄ mala cōsciēciā adipiscā non merentur

discat humana miseria qđ ea causa citi⁹ puo
atur deus prestare veniã dum infirmo opatiẽ
homini quia ipse homo tarit ex pte inferiori in
firmitatẽ peccandi hoc est ex carne qua indusa
anima detinetur. Apostate angeli ideo veniam
non habent quia carnal fragilitatis nulla in
firmitate grauatĩ sũt ut peccarẽt. Homines au
tem post peccatũ idcirco reuertũtur ad veniam
pp̃e quod ex lutea materia pond⁹ traxerunt in
firmitatis. ideoq; p infirma carnis condicõne
reditus patet homini ad salutẽ sicut ⁊ psalmus
dicit qm̃ ipse scit figmentũ nostrũ. Memento
dñe qđ terra fum⁹. Et itez memorare inq̃t que
sit mea substancia postq̃ apostate āgeli cecide
rũt reliquĩ in p̃seueranciã eterne beatitudinis
solidati sunt. vñ et post celi creatõem in princĩ
pio repetitur. Fiat firmamẽtum ⁊ vocatum est
firmamentũ celum. mĩmirũ ostendens qđ post
angelorum ruĩnam hĩi qui m̃aserũt firmitatẽ
meruerũt eterne p̃seueranciẽ et b̃titudinis quã
ātea min⁹ acceperãt. Post dyaboli deiectioez ā
gelozũ sãctorũ collatã eẽ sãditatis p̃seueranciã
⁊ b̃titudinẽ didicĩm⁹ quã ātea min⁹ acceperãt
vñ ⁊ agnosci qđ maloz imĩqtas sãctorũ seruũ
at humilitatĩq; vñ mali corruũt idẽ bonĩ p̃fici
unt. Bonozũ angeloz numer⁹ q̃ post ruĩnã an
gelozũ maloz ē diminut⁹ ex numero electoz

hominū supplebit. Quī numerus soli dō est cog
nitus. Inter āgelos distācia potestati est. a p
graduū dignitate ministeria eisdem sint distri
buita. alijq; alij preferūtur. tā culmine potesta
tis. q̄ sciētia virtutis. Subministrāt igitur alij
alioꝝ preceptis. atq; obediunt iussis. Vñ a ad
pphetam zachariā angelus angelum mirūt. et
quecumq; annūtiare debeat precāpit. Nouem
esse distinctiones vel ordines āgelorum sacre
scripture testāt. id est āgeli. archangeli. thio
ni. dñacōes. virtutes. primāpatus. potestates
therubin a seraphim. Horū ordinum numerum
etiam ezechiel ppheta descripsit sub totidem no
minibus lapidū cum de primatu apostate āge
li loqueretur. Omnis niquit lapis preciofus o
pimētū tuū sardi⁹. topazius et iaspis. crisolit⁹
a omix a berillus. saphir⁹. carbūcul⁹ a smarag
d⁹. Quo numero lapidū ipi ordines signati sūt
āgelorū quos apostota āgel⁹ āte lapsū q̄si i ve
stimētō oīmentū sui affiros habuit ad quoz re
pacōez dū se darioꝝ cūdis asperit. Ofestim inu
muit a cor suū ad supbiā erexit. Angeli sepeꝝ in
dō gaudēt nō in se. Mal⁹ vero inde ē dyabol⁹. q̄
nō q̄ dei. sed que sua sūt req̄siuit. Nulla aut ma
ior iniquitas q̄ non in dō s; in se velle quēpiā glo
riari. Angeli vero dei agnoscūt oīa āteq̄ in se fi
ant. et q̄ apud hōies adhuc futura sunt angeli

iam reuelante deo nouerūt. Preuaricatores ā
geli etiā sanctitate amissa non tamen amise
rūt uiuacē sēsum creature āgelice. Triplici enī
mō p̄sciēcie acumine vigent id est subtilitate
nature erpiēcia temporū reuelacōne supioꝝ po
testatū. Quociens deus quocūq; flagello huic
mūdo irascitur ad ministeriū vindicte apostate
angeli mitātur. Quā tamē diuina potestate co
ercētur ne tm̄ noceant quācum cupiunt. Boni
autē āgeli ad ministeriū salutis humane depu
tati sūt ut curas āmmistrent mundi & regunt
omnia iussu dei. testāte Apostolo. nōne omīs i
quit sunt administratoꝝ spūs in ministerium
missi p̄pter eos qui hereditatē capiunt salutis
Angeli corpa in quib⁹ hominib⁹ apparēt de sup
no aere sumūt solidāq; spēm ex celesti elemen
to induūt per quā humanis obtuūb⁹ manife
stius demōstrentur. Singule gēres prepositos
āgelos habere credūē quod ostēditur testimo
nio angeli danieli loquentis. Ego inqt veni ut
nūciare tibi sed princeps regni psauū restitūt
michi. Et post alia. non est qui me adiuuet nisi
michael princeps vester. Item oēs homines
āgelos habere pbāt loquēte dño in euāgelio
Amē dico vob quia āgeli eoz semp vidēt faciē
patris mei qui in celis est. Vñ & petrus in acti
bus apostolorū cū pulsaret ianuam dixerunt

inuis apostoli. Nō est petris. sed angelus eius
est. Si deum āgeli contuentur a vident. cur pe
trus apostolus dicit. In quem desiderant āge
li dei cōspicere. Iterum. Si deum nō cōtuentur
nec vident. quomodo iuxta sententiā domini.
āgeli eorum semper vident faciem patris mei
qui est in celis. Sed bene vtrumq; est. Nam ve
raciter credimus. qđ deum angeli et vident et
videre desiderāt. a habent et habere desiderāt. et
amāt a amare nituntur. Si enim sic videre desi
derāt ut effectū desiderij nō perfruantur. deside
rium hoc necessitatē habet necessitas ista pena
lis est. Et beatis āgelis omnis pena longe est.
quia nūq̄ simul pena a beatitudo oueniūt. Rue
sum si eos dicimus dei visione satiari. facietas
ista fastidium habere sol. Et scimus illos dei vi
sione quā et desiderāt fastidire non posse. Quid
ergo est nisi ut miro modo simul vtrūq; creda
mus. quia a desiderāt a faciātur. Sed deside
rāt sine labōe a faciātur sine fastidio. Ne enim
sit in desiderio necessitas. desiderātes faciānt
Et iterum. Ne sit in facietate fastidium. faciari
desiderāt. vident ergo angeli faciem patris
p facietate. sed qđ facietas ista fastidiū nescit
āgeli desiderāt in eo pspicere sēp. Vbiq; in
scripturis sādus p deo āgel⁹ ponitur nō pat.
nō spūs sādus sed p incarnacōnis dispēsacōe

sol⁹ fili⁹ intelligitur. Antedñice in creatōnis
aduentū discordia fuit inter angelos et homi
nes veniēs xps pacē in se a āgelis a hominib⁹
fecit. Eo quippe nato clamauerunt āgeli in ter
ra pax hominibus bone voluntatis. Per incar
nacionem igitur xpi non solū deo recōsiliatus ē
homo verū etiam pax inter homines et āgelos
reformata ē. Discordia igit^r añ aduētū xpi homi
nū. a āgelorum fuisse p id maxime agnoscitur
qđ salutāti in veteri testamēto ab hominibus
angeli dispiciūt se salutari ab eis. Qđ in nouo
testamēto a iohanne factum nō solum reuerē
ter angelus suscepit v^z etiā ne faciat interdi
cit. Ob hoc homo in veteri testamento despiciē
nec resalutatur ab āgelo eo qđ homo nōdum
adhuc trāssisset in deū. Suscipiēti^r autē homo a
deo a reuerētur salutatur ab āgelo. Nam a ma
riā angelus gabriel legitur salutasse. Et iohā
nangelū salutāti ab eodē angelo dicitur. Vi
de ne feceris oseruus eniū tuus sum a frēm tuo
rum. Per quod agnoscitur p incarnationē do
minicā pacē hominib⁹ fuisse a angel⁹ redditā.

De homine. Capl. II.

Jam sub celo ppter hominē facta sunt. Ho
mo autē ppter se ipsū inde a omnia p figu
ram ad eius similitudinē referūtur. Comunia
hominī omnia naturalia esse cum omnib⁹ reb⁹

que constant. et in homine omnia contineri. atque
in eo omnium rerum naturam consistere. Vniuersi-
tatis creaturæ hō magna quedā portio est. rāto
que gradu est ceteris excellētiōr quāto imagini
diuine vicinior. Quātū ceteris creaturis prestat
homo dignitate virtutis. ex ipsa reuerentiā di-
scitur creatōnis. Num omnia de⁹ dixit fiat a fa-
cta sunt. creare vero hominem quadam eterni
cōsiliū deliberacōne voluerit dicens. *Faciamus*
hominē ad ymaginem a similitudinē nostram
Quia enim boni sumus cōditi naturaliter. culpe
quodammodo merito cōtra naturam mali fu-
mus effecti. Sicut presciuit deus hominē pecca-
turum. ita a presciuit qualiter illum per suam
gratiam repararet. qui suo arbitrio depire po-
tuisset. Originaliter adā a eua simul creati sūt
Specialiter vero postea mulier de latere viri for-
mata est. Pariter ergo cōditi sunt vtriusque ra-
tionis ordine. non tamē pariter temporis vni-
tate. Vir ad ymaginem dei factus est. mulier
ad ymaginem viri formata est. Vnde et illa le-
ge nature subiecta est. Item vir ppter semetip-
sum fact⁹ est. mulier ad adiutoriū viri facta ē.
Homo propter peccatum tunc dictus est me-
lius a dño quando audiuit. terra es a in terrā
ibis. tūc enim dictū ē dyabolo terrā māducab.
vnde a ppheta ait serpentī. *Puluis panis eius*

Serpens enim dyabolus puluis impij et ipsi
sunt cibus dyaboli quia praua voluntate ad yma
collabuntur. Recte ad bene agendum cum labore con-
surgimus. Quod ita non est si delectatio flagitium pri-
morum hominum non persuasisset quibus ad bene
vivendum tantum velle sufficeret et sine difficulta-
te statim actio optemparet: diuisio et pugna
ut sit in hominis animo pena peccati est ex primo
homine in omnes eius filios propagata ut qui non
luit cum deo esse unitus esset in semetipso diuisus.
Et qui imperanti domino noluit esse sub-
iectus fieret semetipsum rebellis et contrarius. Vnde
nec sibi potuerit subiugari si prius deo non fue-
rit subiugatus sibique seruiet nolens qui deo no-
luit seruire volens. Quam varie per diuersa huma-
num defluxit genus dum se ab vna stabili semperque
manente diuinitatis soliditate subtrahit. Nam
dum opus quodlibet appetit quasi ut ibi iam requiem
mentis infigat dum ei non sufficit mutata intentione
ad alias atque alias actiones transit. Dum
que per diuersa requiem solidam querit nec inuenit in
labore miser et varietate vivit et vacuo manet
a requie. quamvis eadem mutabilitas non sit ho-
mini concreata sed pro merito prime preuarica-
tionis illi accesserit iam tamen naturalis facta est quia
originaliter a primo homine sicut et mors in om-
nes homines transit.

Uta corporis anima. vita anime deus ē. Et sicut corpus mortuū est sine anima. ita anima mortua ē sine deo. Anima hoīs nō ē hō. s; corpus qđ ex humo factū ē. id tantū homo est. In habitādo aut in corpe anima. ex ipso participatio carnis. hominis nomen accepit. sicut a apłs interiorē hominē dicit animā non carnem esse conditam ad dei ymaginem. Male ergo creditur a quibusdam animā hominis esse corporeā que per id ad dei ymaginē facta est ut si nō incommutabilis ut deus esset. tamen in corporea ut deus existeret. Sicut angeli ita a anime. habent enim incūm. finē nullum. Nam quedam in rebz temporalia sunt. quedam perpetua. quedā vero sempiterna. Temporalia sūt quibus inest ortus a obit⁹. ut caro. Perpetua quibus ortus nō terminus ut anima. Sempiterna quibus nec ortus nec terminus ut deus. Animam non esse partem diuine substācie vel nature. nec esse eam prius q̄ corpori misceatur sed tūc eam creari qñ a corp⁹ creat cui admisceri videtur. Philosophorū dicta dicūt animā esse prius q̄ nascat in corpe qđ vtz eē nulli approbat in dicitōis. Nā vtz ātea fuissem⁹ nec ipi nouim⁹ nec q̄s hoīm dicat habem⁹. Nō ē ergo querendū qđ querendo magis. magis est irritandum

Gentiles aut̄ et heretici de anima disputare co-
nātur. Sed quomō de illa aliquid recte possunt
scēre quī auctorem ad cui⁹ ymaginē facta est
non nouerūt. Et ideo multa errore dixerūt dig-
na. Mutabilis est anima non localiter s; tēpa-
raliter suis affectōibz. Corpus aut̄ a loco a tem-
pore mutabile ē. quā a tempore mutatur et va-
riatur loco. Qd̄ est ad corpus mutacō locorum
hoc est ad animū mutabilitas cogitacōm. Que
varietas male motōis tunc menti inheret quā-
do ab eternorum cōtemplacōne prim⁹ homo re-
cedens in illo statu stare noluit a quo male re-
cessit. Et iusta dāpnacōne inconstans p̄ rerum
rapt⁹ varietatē deflurit. Multum ex sua natu-
ra splendorem possidet anima sed fuscatur con-
mixtione carnis qua retinetur inclusa. Ex eius
enim parte vertitur ad peccādi infirmitatem
salomone dicente. Corp⁹ corruptibile agguat
animam a dēpm̄it terrena inhabitacō sensum
multa cogitatē. De sēfibz carnis. Cap. 13.

Non virtute nō sēfu corpis s; racōe mētis ex-
cellim⁹ aialibz ceteris. Pro rebz corporeis
vtēdis sufficit sēfus carnis. non p̄ spiritualibz
capiēdis. Illecti aut̄ hoies vsu corpeaz rerum
nichil putāt alie eē p̄ter q̄ carnis sēfu cōcipiūt
Sicut p̄cellūt sibi corpei sēfus diuersitate loqz
ita sibi virtute sciēdi precellunt. Nam

prestancior est ad oratus sapor et posicōne loci
a scēāēdi lōginq̄tate. Sic aures odorati. lōgi
eni audim⁹ q̄ odām⁹. Sic oculi autibz. lōgius
eni videm⁹ q̄ audim⁹. Anim⁹ aut a loco et me
rito hīs vniūsis sēfibz sup̄ferē. In arce eni ca
pitis constitutus qd̄ illi corpaliē nō atīngūt. iste
intellectualiē cōtuet. Ampli⁹ excellit oculoū sē
sus ceteris sensibz quādo quidem ad illos perti
nēt sēsus videam⁹. veluti cū dicimus vide quo
modo sonat. vide quomō sapit sic a de ceteris.
Quēadmodū a oculus ita et animus cetera vi
det sese non intuetur. Aliarum enim rerum ori
genes species a magnitudines prospicit de se
autem tāta veti ignorācia inficitur. ut in hīs
omnibus nichil ceterius cōtempletur. O homo
qui miraris siderum altitudinem et maris pro
funditatem. animi tui abissum intra et mirare
si potes. Multa cogitātes sine sensu carnis. et
sine ymaginibus vitiis animo tantum cernen
tes intuemur. memoriaq; mente sibi eas fin
gente tenemus. Multa quoq; intelligimus sē
su que lingua explere non possumus. Inno
rios esse infantes opere non esse innoxios cogi
tatione. quia motum quem gerunt mente. nō
dum possunt explere in opere ac per hoc in
ill' etas ē imbecillis nō anim⁹. Ad motū enim
volūtatis nō dū optēpeāt ill' fragilitas corpis

nec a deo ope nocere possunt sicut cogitatione
mouetur ex causa vocabulum fortita est cogitatio
Cogedo enim animu[m] reminisci quod memorie com-
mendatum est dicitur cogitatio Rerum omnium the-
saurus memoria est. Pre est enim custos rebus
inuentis ipsa cogitatio de qua ad liquidum dif-
ficile est aliquem disputare quia gradus eius pro-
plexitas est et animus ipsa est ymago a sensibus cor-
poris remota sue speciei similitudinem relinquit in
memoria. Similitudinem autem non per ymagines
sicut cetera sed sicut gaudium sine ymagine re-
miniscimur. dum oblivione memoramur non per
seipsam adest. Quod si per seipsam adesset utique
oblivisceremur commune hominis animaliumque
esse memoriam. Nullum autem animalibus irracio-
nabilibus intellectum in esse nisi homini tantum
predico ratione. Ceteris enim in ipsa qualitate
considerationis sue sensus carnis non intelligentia
mentis est.

De christo. Capitulo m. ix.

Filius dei perfecta natiuitas nec cepit esse nec
desinit nec preterita sit si desit et nec imperfe-
cta si adhuc sit si sit eterna sit et perfecta quatinus
in ea natiuitate eternitas et perfectio habeatur.
Ex utero virginis minor patre christus. Iuxta hu-
manam assumptionem non iuxta diuinitatem christus
et in forma serui seruus et in forma serui non ser-
uus. In forma quippe serui domini seruus in forma

seruū hominum dñs. cristus in forma seruū. ppē
concepōnis excellentiam domin⁹ est hominū
quia ⁊ si suscepit carnē non tamen ex carnis li
bidinosa contagione. Mediator dei ⁊q; homi
nū homo cristus ihesus. nequa q̄ alē in deitate
est. alter in humanitate sed in vtraq; natura
idem vnus est. Nec purus homo cōceptus est.
nec purus homo edit⁹ ē nec postea meritū ut de
us esset accepit. s; deus verbū manēs incōmura
bili essentia que illi cum patre ⁊ spiritu sancto
est coeterna. assumpsit carnē pro salute huma
na. in qua ⁊ impassibilis pati. et immortal mo
ri. ⁊ eternus āte secula temporalis possit ostendi
Mediator dei ⁊ hominum homo cristus ihesus
q̄uis aliud sit ex patre. aliud ex virgine. non
tamē alius ex patre alius ex virgine. sed ipse
eternus ex patre. ipse temporalis ex matre. Ip
se qui scāt. ipse qui factus est. Ipse de patre si
ne matre. ipse de matre sine patre. Ipse cōdito
ris tēplū. ipse cōditor tēpli. Ipse auctor opis.
ipse op⁹ auctoris. Manēs vn⁹ de vtroq; ⁊ i vtra
q; natura. nec naturaz copulacōe cōfus⁹. nec na
turarū distinctōe geminat⁹. **I**de⁹ de⁹ in hoie ve
nit. qz p seipm ab hoib; agnosca nō potuit s; vn
nob cōsuluit ide desperioez tulit indeoꝝ qz ifirmi
tate quā p nob suscepit. hō supb; desperit. Ob
hoc infirma ⁊ stulta mundi elegit ut fortiora ⁊

sapientiora p que non cognoscebatur cōfunde
ret. sicut cibū fortem inualid⁹ infās capere nō
potest nisi a matre prius editū in lactis succum
vertatur ut qd̄ in cibo non potuit vā fugēdo po
tetur in lacte p carnem. ita a nos dū essem⁹ in
firmi ad aspiciendā verbi eternitatem factum
est ipsum verbū caro ut enutritū p carnē forci
tesq; effectū cibum solidū id est verum deum
cū patre sempiternū cōtemplando ut angeli sa
ciemur. Prima dei dona esse quibus nos nob
reos eē ostēdit. Qui dū iacerem⁹ sub reatu cul
pe iustos nos esse credebam⁹. Venit medicus
patefcāt vuln⁹ composuit semetipsum a de sua
morte aptauit nob medicinā ut nō esset osten
sor tātum vulneis sed sanator. Primū ad isrl
venit xps sicut a ipse apt. Non sum missus nisi
ad oues q̄ perierut dom⁹ isrl. Ad populū enim
isrl primum venit. Sed q̄ nō essent credituri
p̄pheta non tacuit dicēs. Prim⁹ ad syon dicāt
ecce assum a ihrlm. euangelistā dabo a vidi et
nō erat neq; extitit quisq; qui imiret cōsilū a inf
rogatus respōderet verbū. Sed quia ad gētes
trāsivit sequitur. Ecce seruus me⁹ suscipiā illū
electus me⁹ oplacuit sibi in illo anima mea. De
di spiritū meum sup eum iudiciū gentib⁹ pro
fert. Quāuis ordinem nostre libertacōnis nesci
ret dyabol⁹. scīuit tñ qd̄ pro saluacōe hominū

xps aduenit. Sed qd sua idem nos morte redi-
meret ignorauit. vñ a eū occidit. nam si ille cri-
stum per mortem redimere humanum gen⁹ sci-
uisset. nō vñq; eū pmississet. Qd nouerat dyabo-
lus p salute humani generis xpm venisse euā-
gelij testimonio docetur. quē ut vidit agnos-
cēdo pertinuit dicens. Quid nobis et tibi fili dei
venisti ate tēpus perdere nos. Xps sicut pecca-
tum qd pena dignum ē nō admisit. ita penam
peccati nostri suscepit. ut per imdebitam penam
suam. debitam ablueret culpā nostram. ut per
hoc amitteret dyabol⁹ quos reos tenebat. dū
vnum interfecit qui nichil peccati admiserat. i-
deoq; quos tenuit amisit. quia iniuste redemp-
torem nostr⁹ occidit. Illusus est dyabolus mor-
te dñi quasi auis nā ostēsa xps sue carnis mō-
litate quā interimēdā ille appetebat. abscondit
diuinitatē in laqueū q. eū velut auem impro-
uīdā p dēnti irriteret de cūpula. Nā si innoxio xps
nō occideretur homo per puaricacōem dyabo-
lo additus non absolueretur. Dyabolus dū in
criso carnem humanitatis miperit quē pete-
bat. quasi hamo diuinitatis eius captus est q
latebat Est enim in xpō hamus diuinitas. esca
aut caro. linea genealogia que ex euangelio re-
citatatur. Tenens ergo hanc lineam deus patet
est de quo dicit Apostolus. Caput cristi deus

Et lucas lineā generacōnis xpi ab ymis ad fū
ma cōterēs inchoat a yoseph ⁊ cōsumat in deū
dū dicit quū fuit hely ⁊ pficiēs lineam generis
dicit quū fuit dei. Idcirco deus in infernū descē
dit ut hīs quī ab eo non penaliter detinebant
viā apiret reuertendi ad celos scdm testimoni
um ysaye pphete dicētis. Posuisti in profūdū
maris viā ut trāherent liberati. Viā quippe
xps in pfundo maris posuit quando in infernū
descēdens sanctis iter ad celos reuertendi mō
strauit. Sancti ex tpe resurrectionis xpi statim
ut de corpore exeūt mox ad celestē habitacōem
ascendunt quod antiquis patrib; non dabaē
nam ante aduētum saluatoris qm q̄ sine pena
supplicij tamen nō in celo s; in inferno sanctorū
anime tenebantur. pro quib; absoluendis do
minus in infernū descendit. xps in celum ascen
dens. discessit quidem carne sed presens ē ma
iestate scdm illud quod ap̄t. Ecce ego vobiscū
sum vsq; ad cōsumacōnem seculi. Sedet cristus
ad dexteram patris non ut dextrā corporeā nō
hab; pater sed dexteā patris beatitudo est sicut
sinistra miseria. De spū s̄cto. Cap. 17.

Spiritus sanctus creator est sicut pater et
verbū testante ppheta. Spiritus dñi fecit
me spiraculū omnipotētis v̄uificauit me. Spi
ritus sanctus patris et filij ē ⁊ inde vnum sunt

pater et filius et spiritus sanctus. quod nichil habet pater
quod non habet filius. Non enim res una duorum
consubstantialis. poterit simul ab eis procedere et
simul in esse. nisi unum fuerit a quibus procedit
Spiritus sanctus pignus accepit ecclesia ut per eum
unum corpus fieret credentes per quem pater et fi-
lius unum essentialiter sunt. ipso salvatore ad pa-
trē dicente. ut sint unum sicut et nos unum sumus.
Christus non tantum a patre sed etiam a spiritu se mis-
sum testatur dicente propheta. Accedite ad me et
audite nam a principio in abscondito locutus sum
et ex tempore aetate quod fieret ibi eram. et nunc domi-
nus misit me et spiritus eius. Spiritus sanctus
pro eo quod consolator sit. paraditus nuncupatur
nam latine paradisis consolatio dicitur. Et reue-
ra dum dona sacramentorum distribuit. consolatio-
nem aie prebet. Credo eandem quod magnam leticiam sentit quod
aliquid revelante spiritu dicit. Donum sancti spiritus in
membris ecclesie singillatim dividit. et in singulis
singula dona tribuit. Christus autem omnem plenitudinem
gratiae habuit. de qua ita legitur. Plenus gratiae et veri-
tatis. In Christo omnis plenitudo gratiae est nam singulis
electis singula tribuuntur dona. In spiritu sancto
omnis gratia donorum consistit. ipse enim per ut vult gra-
tiam dona largitur. Alijs dans sermonem sapientie. ali-
is scientie alijs fide. atque ita unicuique virtute spiritus
sancti divisio gratiarum tribuitur et in omnibus idem unum habet

Ipse enim etiā ineffabilia docet que pferre hu
manus sermo non potest Ante aduētū domini
tātū pphete ⁊ pauca ex omni populo iusti donū
spūs sancti merebātur post aduentum autē do
mini spiritus sanct⁹ cūctis est credentib⁹ distri
butus iuxta qđ dñs per pphetā loquitur dicens
Eterit in nouissimis dieb⁹. effundā de spiritu
meo super omnē carnem. Cunctis enim nunc
gētibus gratia sãcti spiritus tradita est neq;
in paucis ut populo isrl sed in omniū credentiū
multitudine spiritus sancti gratia manet. Ali
quādo non dignis sed reprob⁹ dona sancti spi
ritus conferuntur sicut sauli data est pphetia ⁊
balaā. Vñ ⁊ multi in fine diduri sunt dño vic
tutes in tuo nomine fecimus quib⁹ dicitur⁹ est
dominus nescio vos vñ estis. Xpi aduētū nō
tātū plebi iudee sãcti pphantes expectauerūt
sed fuisse etiā in nacōibus pler⁹q; sãctos
viros pphie donū habentes quibus p spiritū
sanctū cristus reuelabatur ⁊ a quibus eius ex
spectabatur aduentus sicut yob et sicut balaā
qui xpi vsq; predicauerūt aduētū. Conuer
sio gētium veteri populo latebat sed tamen in
cōsilio dei erat ut fieret. Et tunc a sanctis pph
etis occulte p spiritum predicabatur aduētus
xpi sicut dicit ppheta. Cū appropinquauerint
am⁹ agnosceris cū aduenerit tempus ostēderis

Nunc vero reuelatum patet qđ tūc carnalibus
latebat. Spiritualibus vero notum erat. nondū
tamen manifeste eo qđ tempus ostētionis nō
esset.

De ecclesia ⁊ heresibz.

Cap. 16.

Omina est ecclesie pulchritudo vna quā hic
bene viuēdo consequitur. altera p quam il
luc ex tribulacōne glorificabitur. Ecclesie ppter
xpm. gemine tribulacōis existūt id ē siue q̄s a
paganis ptulit in martiribz. siue quas ab here
ticis pferit in diuersis certacōibz. Vtrosq; autē
p gratiā dei exsuperat. p̄m ferēdo p̄m resistēdo
Sācta ecclesia catholica. sicut male viuentes in
se tollerant paciēter. ita male credētes a se repel
lit. Sancta ecclesia cōtra gētilium atq; heretico
rū puicaciam sūpe sapiēciam ⁊ paciētiā stu
det. sed exerceatur sapiētia cū temptatur verbis
Exerceatur paciētia cū temptatur gladijs. Cau
sa prauitatis hereticę doctrinis ppagata est ee
clesia. nā antea simplicī tātumdem fide vigeabat
Hereticorū igitur occasione ppagati sunt docto
res in fide. et per acūmē heresum. ecclesie magi
stri creuerūt. Nam tūc clarius manifestatur ve
ritatis assercō. quādo patuerit quelibet dissen
sio. Sancta ecclesia ideo dicitur catholica pro eo
qđ vniuersaliter p omnē sit mūdū diffusa. Nā
hereticorū ecclesie in partibus mūdi coarctatur

Hec vero in toto orbe expandit diffusa paulo
attestante aplo. Gratias inquit ago deo pro
omnib; vobis. quia fides vestra anuntiatur in
vniuerso mūdo. Hereses autem aut in aliquo
angulo mūdi aut in vna gēte inueniuntur ver
sari. Ecclesia vero catholica sicut p totū mundū
extenditur. ita et omnū gencium societate cō
struūtur. Qui sunt heretici nisi qui relicta dei ec
clesia priuatas elegerūt societates. De quib9
dñs dicit. Duo mala fecit popul9 meus. me de
reliquerūt fontē aque viue. a foderūt sibi cister
nas discipatas. que continere non valēt aquas
Causa heresis ob quā rem fit. id est ad exerci
tationē fidei. Vis vero p quam fit. obscuritas
est diuinarū scripturarū in qua caligātes here
tici aliud q̄ se res habet intelligūt. Nec esse pos
set hereses quia ipsum qđ existūt hereses nam
non sūt. Male enim scēciendo efficiā non acq̄
runt ad nichilū enim tēdunt. Heretici ingenū
studio mendacia sua discunt. et labore vehemē
tine ad vnitatē ecclesie veniant decertāt. De q̄
bus p pphetā agrue dicit. Docuerūt linguam
suā loqui mendaciū. et ut inique agerēt laboā
uerūt. Dū vicissim heretici mutuo se lacerāt qñ
alterutrum sese in pprias sectas inducūt. sic ta
mē inuicem sese collidunt. ut extra ecclesiā pari
erroris spiritu decertēt. Et qui inuicem sūt diuisi

In aduersitate ecclesie simul existant vniuersi eis. p
eo qd tantum valeant hereses videtur habere
veritate. hoc respondendum est. Nun ideo salutem p
ponendi sunt morbi. qz plerumq; ita generaliter mu
ndu occupat ut parum salutis locum relinquatur.

De hereticis.

Cap. 11.

Non posse hereticos habere veniam nisi per ec
clesiam catholicam. sicut et amici iob non p se
placare deum sibi potuerunt. nisi pro eis iob sacrifi
cium obtulisset. opera bona que heretici faciunt et in
iusticia nichil eis prodest. testate domino per iheremi
am. Quia mei oblitus es. ecce ego annuncio in
iusticia tua et opera tua non proderunt tibi. Heretici
quous legem aut prophetas adimpleant ex eo tamen
quod catholici non sunt. non est deus in eorum conuentibus.
ipso domino testate. Si steterit moyses et
samuel coram me non est anima mea ad populum
istum. Eice eos a facie mea et egrediantur. Per
moysen quippe et samuelem legem accipe et propheta
tas. quos quis heretici opere implere intendat
propter erroris tamen impietatem a vultu dei precipi
untur. et a iustorum ceteribus separantur. paganus
tate faciunt. Nam reuera sine humilitate virtus
quelibet. et sine caritate. vicio deputatur. Merito
superbie dyabolus a superna beatitudine corruit
Qui ergo de virtutibus attolluntur dyabolum
imitantur. et exinde grauius corruunt. quia de ex-
celso labuntur. Superbia sicut origo est omnium
criminum. ita ruina cunctarum virtutum. Ipsa est enim
in peccato prima. ipsa in conflictu postrema. Nec enim
aut in exordio mentem per peccatum prosternit. aut no-
uissime de virtutibus decit. Inde et omnium peccatorum
est maxima. quia per virtutes que per vitia humanam
mentem exterminat. Ibi cadit superbia vñ enascitur ve
non sit superbia aliud culpa. aliud pena. sed illa culpa
fit illi pena. De superbia nascitur arrogantia. non
de arrogantia nascitur superbia. Nam nisi precesserit oc-
culta elatio mentis. non sequitur aperta iactantia

laudis. Ita ergo in culpa preponit superbia arrogācie sicut et preferitur origine. Plerūq; ad elationis emendationem providētia dei aliquo casu nonnulli cadunt. propter quod et lapsu reprehensa a semetipsis humiliter sapiant. et de muneribus dei laudari non appetant. sed laudent deum a quo acceperunt. unde laudari volunt se. Valius est enim arrogātib; quocumq; vicō labi. et humiles post casum deo fieri quā pro elationem superbiere. gravioresq; ruine dāpnationem pro superbiā sumere
De luxuria et fornicatione. Cap. 39.

Culpa superbie plerūq; in abhominandā carnalis immundiciā itur. nam alterū pedes ex altero. Sed sicut pro superbiā mentis itur in perstitutionem libidinis ita pro humilitate mentis salva fit castitas carnis. Deus autē nonnunquam decet occultam mentis superbiā. per carnis manifestam ruinā. Libidinis nasci immundiciā de animi occulta superbia exēplo primi hominis dimoscitur qui mox ut pro superbiā contra deum tumuit statim carnis libidinem sensit. et pudenda operuit. Quapropter unus quisque sue deputet culpe quod cecidit quociens libidine vincitur quā nisi precessisset latens superbia non sequeretur libidinis manifesta ruina. Non nunquam gemino vicō christiani a dyabolo appetitur et occulto pro elationem et publico pro libidine. Sed dum evitat quis libidinem. cadit

in elacōnem. Item dum incaute dēclinat elacō-
nem segmīter in libidīnem cadit. Sicq; ex occul-
to vicō elacōnis. itur in apertum vicium libidi-
nis. a de aperto libidinis itur in occultum elacō-
nis. Sed dei seruus discrete vtrumq; pensans
sic cauet libidīnem. ut nō incurrat in elacōem
a sic premit elacōnem. ut uon resoluat animū
ad libidīnem. Luxuriosis atq; superbis. demo-
nes plus fautores existunt dumq; in ceteris vi-
cijs spiritus maligni deseruiant. hīs tamē ma-
iori familiaritate iunguntur eisq; amplius iux-
ta desiderium famulantur. Principāliter hīs
duobus vicijs dyabolus humano generi do-
minatur. id est per superbiam mentis. et luxuri-
am carnis. Vnde a dominus ad pob loquitur
dicens de dyabolo. Sub vmbra dormit in secre-
to calami in locis humētibz. Per calamū enim
inanis supbia. p loca vero humētia carnis de-
mōstrat luxuria. Per hec duo vicia dyabolus
humanū possidz genus. Et dū mētē in supbiā e-
rigit. vel dū p luxuriā carnē corrūpit. Multū lux-
urie sūditū sūt et otumaci supbia de ipō luxurie
ope gloriā. a inde magis elati sūt vñ humilia-
ri debuerāt Ad opacōez mali fit deteri⁹. qñ non
solū flagicia omittūt s; etiā de ipf flagicijs va-
nitate laudis pdita extollūtur sicut scriptū ē.
Qm laudat pccōz in desiderijs aie sue. Quid enī

peius. q̄ in flagitijs miseros gaudere de quib⁹
deberent copiosius deplorare. Libido tūc magis
queritur dū videtur. Nam sicut quidā sapiens
ait. Prima fornicationis tela oculi sunt. Secūda
verba. Sed qui nō capitur oculis. potest verb⁹
resistere. Sufficit natura vbi ad huc lib⁹ effect⁹
ē. Qui delectacōem refrenat libidinosē fugge
stionis non trāsit ad osensum libidinis. Cito e
nim resistit opi. qui titillati non accomodat de
lectacōi. Durius impugnatur quā vsq; ad cō
sencōnem a si non vsq; ad ppetracōnē tempta
tur q̄ is qui sola suggestione p cōdicōe carnis
temptamenti sollicitatur. Stimuli carnis qui
in paulo exercitate sathane angelo merāt. ex le
ge peccati erāt. que in membris hominū dēfita
te libidinis habitāt. Quam reluctātem dum in
se expugnat. gloriosus efficitur a de infirmitate
libidinosē titillacōis virtutē suscipit gloriosi
certaminis. Serui dei multo certamine de sua
carne mouent. Nam q̄uis in amore dei eoz sit
inocussa intencō mēs tamē de carne quam ex
terius gestat inēna prelia tollerat. Deus autē
qui hec ad pbaconem pmitit. gratia ptegen
te suos nō deserit. Ideo nōnū q̄ electi lapsu car
nali corruūt ut a vicō supbie quo de virtutib⁹
tument sanent. Et de virtutū qui affectibus ex
istunt supbi ut cadāt. carnis vicō humiliātur

11-10

ut surgant. Anteq̄ perficiatur adulterium in
ope. iam adulterium extat in cogitacōe. Ex cor
de enim primū fornicacōnes sunt auferende ut
non prorumpāt in ope. Vnde est q̄ per p̄phetā
dicitur. Accingite lumbos vestros super vbera
vestra. hoc est in corde libidinem reserate que
ad lumbos p̄inet. Nam cor super vbera est. nō
lumbi. Libidinis immoderata licētia nescit ha
bere modum. Nam dum se vicōsus animus in
explenda fornicatione carne luxuriāte laxaue
rit. nichilomin⁹ ad alia nefanda scelera suadē
tibus demonibus trāsit. dūq; immoderate me
tus pudoris excesserit. crinnē criminibus addi
cīt. paulatimq; ad deteriora p̄cedit. Nō ita sua
uis est amātium immo amentium incerta car
nis libido. sicut expta. nec ita delectat fornicatio
dū primum cōmittitur. nam repetita maiorem
delectacōem ingerit. Jā vero si in vsum venerit
tanto perditis dulcior fit. ut superari difficile pos
sit. Vnde a sepe ex cōsuetudine delinquendi. q̄
si captiū ad peccādū cū quadā violentia trahi
mur. sefusq; nros in nobis extra rectā volūtātē
rebellare sētim⁹. Si plus oblectat mētē delecta
cio fornicacōis q̄ amor castitatis adhuc in ho
mine peccatū regnat. Certe si amplius delectat
pulehudo intīme castitatis. iam nō regnat pe
ccatū sed regnat iusticia. Nā nō solū de omīssa

fornicacione peccatū regnat in homine. sed si ad
huc delectatur atq; animū teneat pauldubio
regnat. fornicacō carnis adulteriū est. fornicacō
animi seruitus ydolorū est. Est autē a spirita
lis fornicacio sedm q̄ dñs ait. Quī viderit muli
erem ad occupandā eam iam mechatus est e
am in corde suo. Omnis immūda pollucio forni
cacō dicitur. q̄uis q̄sq; diuersa turpidinis vo
luntate p̄stituat. Ex delectacione enim fornicā
di varia gignūtur flagicia quib⁹ regnum dei
dauditur a homo a deo sepat. Inter cetera sep
tem vicia fornicacō maximi est celeris. quia per
carnis immūdiā templū dei violat. et tollēs
membra xp̄i facit membra meretricis. Maxime
p̄ carnis luxuriā humanū gen⁹ subditur dya
bolo q̄ p̄ cetera vicia. Cum ergo ille varijs tē
ptamētis illectos homines conetur puertere
magis mechādi desiderū suggerit. quia vtzq;
secū in hoc vico amplius egrotare intēdit. De
mones scientes pulchritudinem esse anime ca
stitatē. a p̄ hanc hominē angelicis meritis e q̄
bus illi lapsi sūt coequari. liuore p̄culsi inuidie
iniciūt p̄ sensus corporis opus desiderūq; libidi
nis. quaten⁹ a celestibus deorsū delectā animā
p̄trahāt. secumq; quos vicerint gloriātes ad
tartara ducant. Quando impulsu demonum
mens ad delectacōnem fornicacōnis impellitur

91.
diuini iudicii metus . atq; eterni tormenta in
cendij ante oculos preponatur . quia nimirum
omnis pena grauioris supplicij formidine supra
tur . Sic enim clauus clauum expellit ita sepe re
cordaco ardoris gehenne . ardorem excludit lux
urie . Quidam in iuuentute luxuriose viuentes
in senectute continentes fieri delectantur . Et tunc
eligunt seruire castitati . quando eos libido ser
uos habere contempnit . Nequaquam in senectute
continentes vocandi sunt . qui in iuuentute luxu
riose vixerunt . tales non habent premium quia
laboris certamen non habuerunt . eos enim
expectat gloria in quibus fuerunt laboriosa cer
tamina .

De continentia . Cap . 20 .

Ideo datur continentia sed petite et accipie
tis . Tunc autem tribuitur quando deus ge
mitu interno pulsatur . Prelata esse virginita
tem nuptijs illud est bonum . hoc optimum . Coniu
gium cessum est . virginitas ammonita tantum
non iussa . sed ideo ratum ammonita quia nimis
excella . Geminum est bonum virginitas . quia et
in hoc mundo sollicitudinem seculi amittit et in fu
turo eternum castitatis premium percipit . Virgines
feliciores sunt in vita eterna . Isaia testate . Nec di
dicit dominus eunuchis . Dabo eis in domo mea et in mu
ris meis locum . et nomen melius a filiis et filiabus . no
men seipiternum dabo eis quod non pibit . Nec dubium

¶ qui casti p̄seuerant ⁊ virgines angelis dei ef-
ficiantur equales. Amanda est pulchritudo ca-
stitatis. cuius degustata delectatō. dulciōr inue-
niē q̄ carnis voluptas. Castitas enim fruct⁹
suauitatis est. pulchritudo inuolata sanctorū.
Castitas securitas mētis. sanitas corporis. Vñ
⁊ aliquos gētilium p̄petuā inueneris abstinen-
ciam exercuisse. ne virtutē libidine frangerent
Luxuriosa namq; vita carnē cito debilitat. fra-
ctāq; celeriter ducit ad senectutē. Omne p̄c̄m
recipit p̄ penitenciam vulneris sanitatē. virgi-
nitas si labitur nullaten⁹ repatur. Nā q̄q; pe-
nitendo venie fructū p̄cipiat in corrupcōem ta-
men nullatenus recipit pristinā. Virgo carne
non mente nullū premiū habet in repromissio-
ne. Vñ ⁊ incipientibus virgīmb⁹ dñs in iudj-
cō veniens dicit. Amen dico vob̄ nescio vos.
Vbi enim iudicās mentem corruptam inuene-
rit carnis p̄cul dubio incorrupcōem dāpnabit
Nichilq; valet mūdum esse corpe cū qui pollu-
tus est mente. Multū sunt reproborū qui carna-
lis corruptele cōtagiū nesciūt. qui sicut infecun-
di sunt corpore ita steriles manēt ⁊ mēte opis-
boni fecūditate. Qui recte de virginitate gaude-
rent si alijs prauis opibus nō inseruīrēt. Qui
se cōtinentē p̄fitecur. ⁊ ab alijs terrenis deside-
rijs nō subtrahit. q̄uis illū luxuria nō polluat

carnis . diuersa tamen mūdane cōuersacōnis
opacō maculat . Virgines que de suis meritis
gloriātur . ypercritis cōpantur . quā gloriā boni
opis foris appetunt quā intra cōsciētiā humi
les habere debuerūt . Tales igitur ad promissa
celestia non pueniunt . quā ipsi sibi virginita
tis premiū per elacōnis viciū auferunt . Hoc ē
enim in euāgelio non habere virgines in vas
oleum . id est non seruare intra cōsciētiā boni
opis testimonium . s; in facie gloriari apud ho
mines . nō in corde apud deū . Ruina adulteri ex
cipitur de destinaōe matrimonie meliusq; est
vrozem ducere q̄ per libidinis ardore p̄ire . Qui
dā iugale decus nō p̄ gignēdis filijs delectāt
sed hoc pro turbolenta carnis et libidiosa cō
suetudine appetunt sicq; bono male vtūtur . Vi
cia per se mala sunt . cōiugia vero et potestates
per se bona sunt . per ea vero que circa ea sūt ma
la existūt . Cōiugia enim p̄ id mala sūt . qd̄ dicit
apostolus . Qui enim cū vrozē cogitat q̄ sūt mū
di . s; p̄pter fornicacōez vnusquisq; suā vrozē ha
beat . Sic a potestates p̄ elacōez . a oppressiōē .
p̄ iusticie p̄uacacōez mala existūt . Noēt enim
nupcie noēt a potestates . S; p̄ id qd̄ eis iuxta
ponit . nō p̄ se exēplo itineris recti iuxta qd̄ spi
ne nascūt q̄ surgētes elatē noēt eis . q̄ recto iti
nere ḡdiūtur . De cupiditate . Cap . xi .

De cupiditate . Cap . xi .

Non posse quempiã spiritalia bella suscipere. nisi prius carnis edomuerit cupiditates. Non potest ad cõtemplandũ deũ mēs esse libeã que desiderijs huius mūdi ⁊ cupiditatibz inhiat. Neq; enim alta cõspicere poterit ocul⁹ quem puluis claudit. Omni peccato peior est auaricia. ⁊ amor pecuniay. vñ p salamonē dicitur. Nichil est celestius q̃ amare pecuniã. Hec enī aiām suã venalē facit. Vñ ⁊ p pphetã dicit̃ Quomō in vita sua p̃iecit intima sua. Cupiditas omnũ criminũ materia est. vñ ⁊ apostol⁹ ait. Radix omnũ malorũ cupiditas ē. Quam quidem appetētes errauerũt a fide. Si ergo succiditur radix criminũ non pollulāt cetera soboles peccatorũ. Multi causa cupiditatis terrene etiã ipsã fidem renūciauerũt. Cupiditas enim xpm vendidit. Nã ⁊ plerisq; tãtũ in rebus aliēnis est desiderũ. ut etiã homicidium ppetrare nō vereãtur. sicut achab. qui appetitu cupiditatis sue sanguinis expleuit effusionem. Sepe imi qui mala que cõcupiscũt assequunt̃. quaten⁹ de affectu mali desiderij forcius puniãt. Electos autē suos deus nō dimittit ire in desiderioꝝ malozum pfectionē. s; in dolorem mentem cõuertit eozum. p id q̃ in seculo l̃ in celo nequiter appetit ut hec experientia resipiscãt reuerſi ad deum quod ab hñs mente cesserũt. Deum ergo sibi

appetuum nouerit aduersari. quia quod temporaliter concupiscit. non permittitur adimplere. Secreto autem iudicio dei fieri ut durius peccent iniquorum cupiditates. Semper enim auarus eget. quantoque magis acquirit. tanto amplius querit. Nec solum desiderio augendi exercuiatur. sed etiam amittendi metu affligitur. Inopes nascimur in hac vita. inopes recessuri a vita. Si bona mundi huius pictura credimus. cur pictura tanto amore amplectimur. Plerumque potentes tanto cupiditatis rabie inflamantur. ut de consinijs suis pauperes excludant. ne habitare permittantur. Tales quippe homines in infernum dyabolus rapit ad perditionem. Idem sequente propheta annunciat dicens. Propterea dilatat infernus animam suam et aperit os suum absque ullo termino. et descendent fortes eius et sublimis gloriofusque eius ad eum. Nec mirum quod morientes in inferno ignibus deputentur qui uiuentes flammam cupiditatis sue minime extinguere uoluerunt. Qui desiderio cupiditatis exestuatur flatu dyabolice inspirationis urit. Accendit cayn metum inuidia. ut fratrem occideret. Accendit salomonem luxurie facibus ut per amorem libidinis ydola adoraret. Accendit achab cupiditate ut homicidium auaricie annexerit. His ergo inspirationibus dyabolus corda hominum occultis deprauat cupiditatibus.

Prima cōcupiscēcie suggestio panis est. cui si minime ceditur diuēse edacitatis desideria opprimunt. vñ a daniel. Panē inquit desiderabilem nō comedi. hoc est. eius cōcupiscēciam non impleui. Prima est luxurie materies saturitas panis. vñ a ppheta sodomā de panis saturitate accusat dicēs. Hec est iniquitas sodomorū supbia. saturitas panis a habūdancia. Panem quippe sodomite immoderate sumētes in turpitudines defluxere flagicōrum. atq; meruerūt comitāte supbia scelestibus aduri in cōdñs ex quo modum nō tenuerūt edacitatis. vtile est cauere gula cibozq; cōcupiscēciā. Quid enim tam noxiū. q̄ ut animus seruiat ventri et escē. que sunt destruenda. Testante aplo et dī cēte. deus aut a hūc a hanc destruet. Primo autē vētri libido sicut loco. sic vicō. vbi enim vētris cura ibi a eoz qui circa ventrem sūt proxima. In ordine namq; mēbrozum genitalia ventri iungūtur. dumq; vnum ex hīs immoderate reficitur. aliud ad luxuriā excitatur. Nō ad luxuriā vel ad sacietatē sed tantūmodo ut corpus sustentetur epul est vtendum. Nā ut philosophi dixerūt. cibos inuentos esse ut cōfineant animam. non ut corūpāt. Qui nīmū abis vtūtur. quanto magis vētrē pascūt tanto magis

senſum mentis obtūdunt. Nam grecā dixerunt
ex crasso ventre ſubtilem ſenſum gigni non poſ
ſe. Nam gule ſaturitas nimiam aciem mentis
obtundit. ingenūq; tetefcere facit. Libidinum
ignes ciborum fomite increſcunt. Corpus autē
qđ abſtinentia frangitur. temptacō non eru
rit. vnde a tres pucros abſtinētes. flamma ba
bilonij incendiij a ſi tetigit non conbuſit. Quia
nimium et ſi deſideriorum carnalium ignes ab
ſtinentium mētes inflammet vſq; ad cōſenſū
tamen concupiſcētie vel operis non exurit.
Cuius habundantia eſt epularū. ardentis di
uitis incendat ſupplicium. cuius rāta in inferno
inter ignes erit inopia quāta hic epularū fue
rit copia. In hoc enim ſeculo curare a ſitare no
luit. p̄pterea illic inſiāma ſitiens ſtillā aque q̄
fuit. nec meruit. Cōſiderandū qđ vehement̄ ar
guantur omēſſacō a ſumptuoſa cōiūua per p
phetā. ita ut cōminet̄ dñs de hāc nō relaxare
iniquitatem hñs qui eā libet̄ ambiant. dicit eni
p̄ yſaiā. Ecce gaudium a leticia. a occidere vitu
los a ingulare arietes. omēdere carnes a bibē
vinū Si dimittet̄ iniquitas hęc vob̄ donec mori
amini. Sicut oēs carnales cupiditates abſti
nētia reſecāt ita oēs aie virtutes cōacitatis vi
cio deſtruūt. Inde ē qđ a p̄ncēps coꝝ muros
iherl̄m ſuvertit qđ et x̄t̄ cui ſeruitur a coquis

virtutes animi destruet. Neq; enim posse que
piam virtutu pfectionem attingere. nisi prius
veteris edomuerit ingluuie. Nemo potest dñia
ri ceteris vicijs. n̄ pri⁹ ingluuie veteris restringe
erit. Nec quisquā facile poterit a semetipso spi
ritus immūdos expellere nisiq; abstineciā gule
Tunc enim hostes qui extra nos sūt a nob̄ for
cius supantur. quādo prius que intra nos sūt
vicia extinguntur. Nam frustra foris agit bel
lum qui intus habet piculum. non qualitas cā
bonū sed eorum cupiditas est cauenda. nā sepe
accuraci⁹ preparata. sine gule cōcupiscēcia degu
stantur. & sepe abiecta & vilia edēdi cupiditate
sumuntur. Sicq; fit. ut nō sit in culpa ciborum q̄
litas. sed illud reputet in viciō quod cū de fideri
o degustatur. Quatuor genera distindionū sūt
in gule appetitu id est quid. quādo. quantum &
quomō appetat. Quid ad rē ipsam p̄tinet que
appetitur. Quando si ante legitimum tēpus sit
qd̄ appetitur. Quātū vero ad immoderacōnem
referet. Quomō ad impaciciā festinacōis as
scribitur. nullus homini tā importundus exactor
quā venter. qui cotidianā famis exactionē ad
implet. Cum ceteris enim vicijs. ut si interdū
nasimur. interdum cū eis morimur. cū isto au
tem & nasimur. cū isto & morimur. Plerumq;
voluntas uescendi ita sub obtentu necessitatis

furtepit. ut dū putatur seruire necessitati. vo
luptatis desiderio seruatur. Nec facile discerni
tur. vtz qd accipit gule an indigētie deputeē.

¶ De ebrietate.

Cap. 83.

Escra crapulam. potus ebrietatem generat
Ebrietas autē perturbacōnem g'gmt men
tis. furorē cordis. flāmam libidinis. Ebrietas i
ta mentē alienat vt vbi sit nesciat. Nū etiam
et malum nō fētitur qd p ebrietatē cōmittitur
Verū est qd p pphetam dicitur. Fornicacō autē
ut ait salomom infatuat sapientem. Ebrietas si
cut in loth. sensus racōnez captiuat. Vnde a im
prouerbij. Potentes inquit quā ita cūdi sūt vi
num nō bibant. ne cū biberint obliuiscātur sa
pienciam. Plerisq; laus est multū bibere a nō
inebriari. Audiant hī aduersū se dicentē pro
phetā. Ve qui potentes estis ad bibēdum vinū
a viri fortes ad miscēdā ebrietatē. Vīno mul
to deditos. a luxuriose viuētes ysaias sic argu
it. dicens. Ve q cōfurgitis mane ad ebrietatē
sectandā a potandū vsq; ad vesperum ut vīno
estuetis. De talib; alio loco dicit. Ve tibi ciuitas
cui⁹ rex iuuenis ē. a cui⁹ principes mane ome
dēt. Multū enī a mane vsq; ad sol occubitū ebr
ietati a gule a voluptatib; seruūt nec itelligūt
cur nati sūt. Sed cōsuetudine vīno detēti luxurie
tātū tota die epulq; inseruūt. Clamat yobēl

propheta hijs qui ebrietati deseruiunt dicens . Ex
pergiscimini ebrei et flete . et ululate omnes qui bi
bitis vinum in dulcedine . Quo testimonio non
ait tantum . flete omnes qui bibitis vinum . ut bibe
re omnino non liceat . sed adiecit in dulcedine
quod ad voluptuosam pertinet et prodigam effusi
onem . Nam quantum ad est necessitati edocet thi
motheum bibere dicens aplos . Vino modico utere
Non solum ex vino inebriatur homines . sed etiam
ex ceteris potandi generibus que valde modo con
ficiuntur . Vnde et nazareis qui se sacrificabant a do
mino preceptum est vinum et hircam non bibere .
Vtraque enim statum mentis euertunt et ebri
osos faciunt . Luxuriam quoque carnis vtraque equa
liter gignunt . Quidam continentis sicut panem cum
pondere edunt ita et aquam cum mensura sumunt
asserentes ad castimoniam carnis etiam aque ab
stinenciam conuenire .

De abstinentia .

Cap. xx.

Hoc est perfectum et rationale ieiunium quando no
ster homo exterior ieiunat et interior orat
Facilius per ieiunium oratio penetrat celum . Tunc
enim homo spiritualis effectus angelis coniungit
deoque literius copulatur . Per ieiunium etiam oc
cultis misteriorum celestium reuelatur . diuinique
sacramenti archana panduntur . Sic namque da
niel angelo reuelante misteriorum sacramenta

cognoscere meruit. Hec enim virtus a angelorum
manifestaciones et eorum annunciations ostendit
Ieiunia forcia tela sunt. aduersus temptamenta de
moniorum. Cito enim per abstinentiam vincuntur
Vnde etiam dominus a saluator noster eorum
suppare incurfus ieiunijs a orationibus promo
net dicens. Hoc genus non elicitur nisi per ieiunium
a orationem. Immundi enim spiritus ibi sese magis
iniciunt. vbi plerumque viderit escam et potum. Sancti quod diu
huius seculi vitam inhabitant. desiderio superni to
ris corpus suum aridum portant. Vnde a psalmus.
Sicut inquit in te anima mea. quod multipliciter
a caro mea. Caro enim tunc deum sinit quando per
ieiunium abstinet. et arescit abstinentia. a vi
uificat a occidit. viuificat animam corpus necat
Sepe abstinentia simulate agitur. ieiunia per y
pocritissimum exercetur. Quidam enim mira media
corpus suum lamant. a ex terminantes sicut ait
euangelista facies suas ut appareant hominibus ieiun
nantes. Ore namque pallefcunt corpe atteruntur co
dis alta suspiria ducunt. ante mortem quoque mor
tiferis sese supplicibus tradunt. tantumque miseri labo
ris exercitium non pro dei amore sed pro sola huma
ne laudis ammiracione sedantur. Quidam incre
dibilem abstinentem ut hominibus curiosi sancti appa
reant. Sed hec bonum abstinentie talibus non est vir
tus reputanda sed vitium. quia bono male vtuntur

Ieiunium elemosinaque in abscondito sese amant
ut solus deus qui inspicit omnia meritum bonorum
operum rependat. Nam quae haec sub populari manifesta
conne faciunt. nequaquam a deo iustificat quae turba ser
monem euangelicum ab hominibus receperunt merce
dem suam. Ieiunia cum bonis operibus acceptabilia sunt
deo. Qui autem a cibis se abstinere et praua agunt de
mones imitant. quibus non esca sed nequitia sepe
ad est. Ille enim bene abstinere cibo. quae et malicie
actibus et a mundi ieiunat abiciunt. Qui execratio
nis studio non abstinere voto. ab esca carum
se suspenderit. hi potius execranda sunt quae dei crea
tura visibus humanis excessum reiciunt. Nichil e
nim fidelibus in quantum nichilque iudicat esse immu
dum attestante apostolo Omnia munda mundis co
inquinatis autem et infidelibus nichil est mundum. sed
polluta sunt omnia eorum et mens et conscientia. Sper
nitur ieiunium quod in vesperum repleto ciborum re
ficiatur. Neque enim reputanda est abstinentia
ubi fuerit ventris saturitas subsequuta. Spernitur
ieiunium quod in vesperum deliciis pensatur
dicente ysaia propheta. Ecce in die ieiunij vestri
inuenitur voluntas vestra. Voluntas enim de
licie intelliguntur. Sicut enim repetitio debiti et fi
milie contentio ac percussio. ita et delicie impro
bantur a propheta in ieiunio. Tota enim die e
pulas in cogitatione ruminat. qui ad explendam

gulam vesperis sibi delicias preparat. Non est
corpis adhibenda immoderata abstinentia. ne dum
aplus grauiatur caro potest in edie nec malum
postea agat. nec bene facere incipiat a quod addidit
ut vsu mali careat. simul et boni officium dum plus
premitur perdat. Sollicita igitur discretione car
nis moderanda est materies. scilicet ne aut integre
stringatur. aut immoderate laxetur. Infirmi
tate carnis nimia preualente ad perfectionem peruen
gere nemo potest. Nam quis sanctitatis amorem
quisque habeat ex se quod tamen non valeat operis meritum
cui deseruire conatur cordis intentione. Corpis de
bilitas nimia etiam vires anime fragit. Mentis
quoque facit ingenium marcescere. nec valet quic
quam boni per imbecillitatem perficere. Ne quid nimis
nam quicquid cum modo a temperamento fit salutare est
quicquid aut nimis a ultra modum est permissum
est. Studiumque suum in contraria vertit. In omni ope
modum a temperantiam oportet habere. Nam omne quod
excedit modum periculosum est. sicut aqua que si nimis
perbreves prebeat. non solum vllum vsum adhibet. sed
etiam periculum exhibet.

Explicit Liber Secundus.

Incipiunt capitula libri tercii Beati yfidorii epi.

D e flagellis dei.	11.
De gemina percussione.	12.
De infirmitate carnis.	13.
De tollerancia diuini correptionis.	14.
De temptacionibus dyaboli.	15.
De temptamentis sompniorum.	16.
De remedijs teptacionum.	17.
De oracione.	18.
De legendi assiduitate.	19.
De doctrina siue gracia.	20.
De superbis doctoribus.	21.
De carnalibus doctoribus et hereticis.	22.
De libris gentilium.	23.
De collacione.	24.
De vita actiua et contemplatiua.	25.
De contemptoribus mundi.	26.
De sanctis qui se a consorcio seculi separant.	27.
De preceptis alioribus monachorum.	28.
De tepidis monachis.	29.
De humilitate monachi vel ope.	30.
De monachis qui in curis rerum occupantur.	31.
De hijs qui amorem dei impediunt.	32.
De iactancia.	33.
De ypocrisi.	34.
De inuidia.	35.

De simulacone.	26.
De odio.	27.
De dilectione.	28.
De fideis amicitijs.	29.
De amicitia munere orta.	30.
De malorum concordia.	31.
De correptione fraterna.	32.
De prepositis ecclesie.	33.
De malignis prepositis.	34.
De indoctis prepositis.	37.
De doctrina et exemplis prepositorum.	36.
De hijs q̄ bene doct̄ et male faciunt.	38.
De exemplis sacerdotum.	38.
De prepositis carnalibz.	39.
De iracundis doctoribus.	40.
De superbis doctoribus.	41.
De humilitate prepositorum.	42.
De doctrine discrecone.	43.
De silencio doctorum.	44.
De p̄tēda sacerdotali p̄tēdione im̄ plebe.	47.
De disciplina sacerdotū i eos q̄ deliquit.	46.
De subditis.	48.
De prelatiis.	48.
De iusticia principum.	49.
De pacētia principum.	50.
De delictis principum vel exēplis.	51.
Qd̄ principes legibus teneantur.	52.

De potestate principum in ecclesia.	• 73.
De iudiciis.	• 74.
De prauis iudiciis.	• 77.
De verbosis & iracundis iudiciis.	• 76.
De personarum acceptiōe.	• 78.
De muneribus.	• 78.
De testibus.	• 79.
De caufidiis.	• 60.
De oppressoribus pauperum.	• 61.
De tribulacōibus iustorum.	• 62.
De amatoribus mundi.	• 63.
De amatoribus misericordie.	• 62.
De prauitate huius vite.	• 67.
De exitu.	• 66.

Incipit liber tertius Beati yfidorii.

De flagellis dei.

Capitulum. Primum.

Duine sapiencie subtilitas sicut interi⁹
ut testis scrutatur cōsciencias. ita ex
terius irrogat penas. Ut vix sit testi
moniū pphete. quia ipse est et testis
& iudex. Miserere dñe miserere yfidero indigē a
gētū et digna paciētī. assidue peccātī & tua fla
gella cotidie sustinentī. Ordinata est miseracō
dei. que prius hic hominē p flagella a peccatis
emendat. & postea ab eterno supplicō liberat.

Electus enim dei. doloribus future vite lucretur
Nequaquam deus delinquenti peccat. quoniam peccato
rem aut flagello tempali ad purgationem ferit
aut iudicio eterno puniendum relinquit. aut ipse
in se homo penitendo punit quod male admisit.
ac proinde est quod deus delinquenti non peccat. Iusto
temporalia flagella ad eterna proficiunt gaudia. ideo
quod a iusto in penis gaudere debet. et impius in pro
spirationibus timet. Neque iusto neque reprobo. deus mi
sericordiam et iusticiam subtrahit. Nam et bonos hic
per afflictionem iudicat et illic per misericordiam
remunerat et malos hic remunerat per tempa
lem demeritiam et illic punit per eternam iusticiam
In hac vita deus parcat impijs. et tamen non parcat
electis. In illa parcat electis. non tamen peccat im
quis. Periculosa est in hac vita securitas ma
lorum. et bonorum dolor tranquillus. Nam iniquus
post mortem ducetur cruciatus. iustus vero dor
micit post laborem securus. Non tantum de corpora
libus passionibus sed etiam spiritualibus oportet
intelligi. ut quanto quisque aut in corpore aut in
mente flagella sustinet. tanto se in fine remunerari
speret. Sepe occulto dei iudicio esse flagella correptionum
fuit reprobi in hoc mundo. dumque multa damp
nabilia commisisse videntur. despecti tamen a deo nullo e
medationis vltore feriunt. Pro corripit flagello quod
a deo diligitur si peccauerit. dicit te amos propheta

Tātūmō vos cognoui ex oib; natōmibus ter
re. Id circo visitabo sup vos omnes iniquitates
vestras. Quē enim diligit domin⁹ corripit. fla
gellat enim omnē filiūm quem recipit. valde ne
cessariū est iustum in hac vita temptari vicijis
et verberari flagello ut dū vicijis pulsaf de vie
tutibus nō supbiat dū vero aut animi aut car
nis dolore atteritur a mūdi amore retrahatur
Tēptari aut oportet iustū h temptacōe plage
non temptacōe luxurie. Durius circa suos ele
ctos in hac vita deus agit. ut dū forciōib; fla
gelli stimūl feriūtur. nulla oblectamēta presē
tis vite delectēt. Sed celestem patriā vbi certa
requies expectatur indefinenter desiderent. Ele
ctos vite istius aduersitate pbat ut scdm petz
iudiciū a domo dei incipiat dum in hac vita ele
ctos suos deus iudicij flagello castigat.

De gemina percussione.

Cap. 2.

Gemina est percussio diuina. Vna in bonam
optem qua percussimur carne ut emēdemur
Altera qua vulneramur cōsciēcia et caritate
ut deūm ardētius diligamus. Gemino more de
us respicit vel ad vniūā vel ad vīdiciā. Ad ve
niam sicut petrū. Ad vīdiciā sicut cū facta zo
domoz se descēsurum a visurū testatur. Trimo
moda racōne deus quos voluerit percussit. id est
ad dampnacōnem reprobos. ad purgacōnez

quos errare videt electos. ad probatōem iustorum. Primo nāq; modo egiptus cesa est ad dāpnatōnem. Scdō modo pauper lazarus ad purgatōnem. Tercō modo percussus est iob ad probatōnem. Flagellatur homo plerūq; a deo ante peccatum. ne malus sit ut paulus qui a sathane angelo instigante. carnis tolleābat stimulos Flagellatur etiam a post peccatū ut corrigatur ut in apostolo qui traditur sathane in interitū carnis ut spiritus salu⁹ esset. Non tamē iuste murmurat. qui nescit cur vapulat. Nam ideo de⁹ plerūq; iustū flagellat ne de iusticia supbiens cadat In hac vita de⁹ tāto magis stud; ut pareat quāto magis expectādo flagellat. s; alios feriedo corrigit De quib; dicit. Ego quos amo arguo a castigo. Alios feriedo punit quos incorrigibilis delinquētes aspicit. Quosq; iā nō sub disciplina ut filius pat. sed districta dāpnatōe ut hostes aduersarios percutit. De quibus dicit. Flagello inimici percussi te castigatōe crudeli. Et iterum. Quid damas ad me super contritōne tua. insanabilis est dolor tuus. unde quisq; festinet a timeat ne simul feriat vita eius cum culpa. Flagella namq; tūc diluit culpam cū mutauerit vitam. Nam cuius mores nō mutant. actiones nō expiat. Ois percussio diuina aut purgatō ē vite pñtis. aut imitū pene sequētis

Nā quibusdam flagella ab hac vita inchoant et
in eterna percussione perdurant. Vñ per moysē
dñs dicit. Ignis exarsit in ira mea. et ardebit
vsq; ad inferos deorsum. A quibusdā dicit solz
Nō iudicabit deus bis in die. Quī tamen nō
attendunt illud quod alias scriptū est. Ihesus
populū de terra egiptū liberās. scdo eos quī nō
crediderūt pdidit. Quamuis enim si pro vna
culpa bis non percussur. vna tamē percussio in
telligitur que hic incepta illuc pficietur. Et in
hīs qui omnino nō corriguntur precedentiū per
cussione flagelloꝝ sequentiū fit iniciū tormē
torum. Vnde est qd in psalmo scriptū est. Opiā
tur sicut diploide cōfusione sua. Diplous enim
duplex vestimentū est. qd figuratiter induunt
quī a tpali pena et eterna dāpnantur. vñ et ihe
remias. Contriō inquit super cōtriciōem. id est
dāpnatiō gemina. et hic in futuro seculo. Et idē
alibi a duplici cōtriciōe cōtere eos. gemina
pena. presenti scilicet et futura. Quibusdā secre
to dei iudiciō hic male est. illic bene. Scilicet ut
dum hic castigati corrigantur ab eterna dam
pnatiōne liberentur. Quibusdā vero hic bene est
et illic male. Sicut illi accidit. qui hic potencie
claritate cōspicius post mortē gehenne ignibz
traditur cruciandus. Porro quibusdā hic et il
lic male est. quia corrigi nolentes. et flagellari

in hac vita incipiunt et in eterna percussione damnantur. Certum est enim tanto immergi quosdam de spaciōis profundo ut nec per flagella valeant emendari. De quibus per prophetam dicitur. Frustra percussi filios vestros disciplinā non receperūt. Plerumq; iustus plangit et nescit utrum pro omnibus peccatis suis presentia patris flagella an pro vno tantū. Et nescit quod sit culpa illa pro qua meruit pati eiusmodi supplicia. et pro ipso ambiguo maxime in merore versatur. Quāuis flagella iustum a peccatis absoluat ad huc tamē sub vindictae metu turbatur. ne instantes ei plage sufficiant ad purganda delicta. Proinde ergo dum presentia patris et futura pamescat quodamō sicut ait propheta. pro suis peccatis duplicia recipit. De infirmitate carnis. Cap. 3.

Ese non nullos eiusdem qualitatis homines qui nesciunt corrigi nisi alios viderint flagellari. Sicque proficiunt operatione malorum. dum sibi id accedere timet in quo perire alios videt. Quosdam videt deus nolite proprio voto corrigi aduersitatem agere stimulum. Quosdam etiam prescians deus multum peccare posse flagellat eos corporis infirmitate. ne peccent ut eis utilius sit frangi languoribus ad salutem quam manere incolumes ad damnationem. Visitatio dei nec semper in bonum accipit. nec semper in malum. In bonum enim accipit. sicut visita nos in salutari tuo

In malum vero iuxta illud. In tpe visitaōis
sue peribūt. Tribus ex causis infirmitates ac
cādūt corpibus id est ex peccato. ex temptaōe
a in temperancia passionis. Sed huic tantū no
iussime humana potest medicina succurrere.
illis vero sola pietas diuine misericordie. Quī
valenciōres sunt a sani vtile est illi infirmari a
peccatē ne p vigorem salutis illicitis se sordidā
res cupitatū a luxurie desiderijs peccēt. Duricia
que mentem premit nec scētur vtiliter multa
tur in carne ut scētiatur. atq; intellecta emen
dētur. Nam cicius vulnera carnis scētiuntur q̄
aie. idēo q; p carnis flagella errantes cici⁹ corri
guntur. Hoc quippe indicāt in pauli ocul⁹ squa
me infidelitatis. Que dū mutate sūt p increpa
cōē; in ocul⁹ carnis ofestim soluta ē duricia mē
tis. Et pniōsa sanitas q̄ ad inobediēciā hōiem
ducat. Est et salubris infirmitas que p diuinā
correpōem mentis duriciam frāgit. Languor
anime id est peccatorum infirmitas perniciosa
est. De qua etiā apl⁹ ait. Quis infirmatur a
ego non vroz. Nam infirmitatem carnis vtilē
esse idē apl⁹ approbat dicens. Quando infir
mor tūc forciōr sum.

De tollerācia diuine correpcōis. Cap. 2.



Vermutare in flagellis dei peccator homo
nō deb; qmā maxime per hoc quo corripit

emēdatur Vnusquisq; aut tūc leuius portat qđ
patitur . si sua discusserit mala pro quibus illi
infertur retribucio iusta . Discat non murmu
rare qui mala patitur . etiam si ignorat cur ma
la paciatur . et per hoc iuste se pati arbitretur p
qđ ab illo iudicatur cuius nūq̄ iniusta iudicia
sunt . Qui flagella sustinet . et contra deum mur
murat . iusticiam iudicantis accusat . Qui vero se
cognoscit a iusto iudice pati que sustinet . etiā
si hoc pro quo patitur ignoret . per hoc iustifica
tur per qđ seipsum accusat et dei iusticiam lau
dat . dū ex rebus prospis iustus exēpla prestat
hominib; . necesse ē eū iterū et aduersitatib; tan
gi . quatin⁹ ei⁹ paciētia oprobretur ut denuo for
titudinis documēta ex eo sumāt . qui pspitatis
eius tpanciā agnouerūt . Qui passionibus ani
me insidiāte aduersario cruciatur . nō id arco
credat se alienari a cristo qui talia patitur sed
magis per hoc dō emēdabilē se esse existimet . si
dū hec patitē laudet poct⁹ . quā accuset . Ad mag
nam vtilitatem diuino iudicō . mēs iusti diuer
sis temptacōibus passionum agitur . Pro
quibus si deo gratias egerit . siueq; culpe qđ ta
lia dignus sit pati reputauerit . hoc qđ ex passi
one ei acciderit pro virtutibus reputabitur .
quia et diuinam agnoscat sciēciam . et suam cul
pam intelligit .

Multis temptacōnum calamitatibus mēs
 iustus in hac vita pulsatur. Vñ a optat ab
 hoc seculo funditus euelli. quo et erūpnis care
 at a fixam illam securitatē inueniat. Inter eas
 penas quas iustus in corpore patitur atq; eas
 quas mēte p fraudem dyaboli tollerat multum
 iſtē. Nā gū⁹ fert q̄s interi⁹ lug; q̄ eas q̄s ex te
 ri⁹ sustinet. Has enim a loco eūtat a tpe. illas
 nec loco eūtaē pōt nec tpe. Nō āplius electos
 temptat dyabol⁹ q̄ dei volūtas pmitit. Tem
 prando autem s̄ctorum pfectibus seruit. Et si
 nolēs tamē sanctorū vtilitatē seruit dyabolus
 quādo eos temptacōibus suis non decipit sed
 potius erudit. nam temptacōnes quas ille ad
 humanū interitum mouet. iterdū crist⁹ ad ex
 ercitiū virtutū salubri vtilitate conuertit. Inſi
 die dyaboli atq; astucie q̄tus huc atq; illuc q̄
 rētes quē deuorent diffundātur a potestate tñ
 diuina non egrediūt ne tñ noūāt quantū ma
 liciose otendūt. Nam quando s̄ctorum virtus
 tanta tollerare potuisset. si supna dispensacō pi
 o moderamine nequiciā demonū non frenaret
 Et licet dyabolus temptacōnē iustoz semp in
 ferre cupiat. tamē si a deo potestatē nō accipit
 nullatenus adipiscī potest quod appetit. Vnde
 et omnis voluntas dyaboli iniusta est. tamen

permittere deo. omnis potestas iusta. Ex se enim
temptare quoslibet iniuste appetit. sed a eos qui
temptandi sunt. non nisi temptari deus iuste per
mittit. Unde etiam in libris regum de dyabolo
scriptum est. Quia spiritus domini malus irruerat in
saul. Vbi iuste queritur. si domini cur malus. si
malus cur domini. Sed duobus vbi comprehensa est
a dei potestas iusta a dyaboli voluntas iniusta.
Nam spiritus malus per nequissimam voluntatem
a idem spiritus domini per acceptam iustissimam po
testatem. Dyabolus non est immissor. sed incen
tor potius viciorum. Neque enim alibi cupiditate
fomenta succedit. nisi ubi prius prave cogi
tationis delectatione asperit. Quam si a nobis sperni
vberius aspererit sine dubio ille confusus discedit
statimque franguntur iacula cupiditatis eius
contemptaque iacent a sine luce faces eius extin
guuntur. Sollicite hostis insidias intelligere potest
a cauere dei suum opus. sicque innocentie vite existere
simpliciter a tamen oporteat eum in simplicitate esse pru
dentem. Qui prudentiam simplicitati non miscet. iuxta
phetam coluba est seducta non habens cor. Sed ideo
coluba est quia simplex est. idem autem cor non habes. quia
ignara prudentie est. Sepe fraus sathane sanctorum
cordibus aperit quando per spiritum boni angelum se simu
las lucis. dum mittitur electos decipere detegitur
atque contempnitur. Sic a verba fallacis doctrine

deus sanctos suos facit intelligere quatenus dy-
abolicum errorem interius cognoscant. ut sollicite ca-
ueant. discretio sanctorum tanta esse debet ut in-
ter bonum et malum predicti ratione discernant ne eos
dyabolus per spem boni fallat. Hec est enim prin-
cipalis ratio yosue dicentis. Noster es an aduersarioꝝ
propter hoc et iheremie dicitur. Si sepaueris prin-
cipium a vili quasi os meum eis. Tunc enim bene
de se iudicant sancti quando eos deus fallacia de-
monum temptamenta facit intelligere. Multi deci-
piuntur a dyabolo et ignorant se esse deceptos pro-
phete osee testimonio declarante. Comederunt in-
quit alieni robur eius. et ipse ignorauit. Alieni
maligni spiritus signantur qui virtutem mentis co-
medunt. hoc corda negligenter non intelligunt
Tamquam inermis dyabolus vincit quando de a-
perta iniquitate hominem deprauare conatur. Ar-
matus vero tunc incedit dum per speciem sanctita-
tis et virtutis ea que sancta sunt destruit. Quando
et qui decipit sua detrimenta non sentit. sed tamquam
sint virtutes que sunt vicia sedat et diligit. In
oculis carnalium dyabolus terribilis est in ocu-
lis electorum terror eius vilis est. Ab incredulis
ut leo timetur. a fortibus in fide ut vermis contem-
pniunt. ad momentum ostentus repellitur. Qui sug-
gestionibus dyaboli non recipit iniquas. infidi-
as minime transit. Nam facile in consequenti opere

repelliē. si prima oblectamēta illius respiciantur
dyabolus enim serpens est lubricus. cuius si ca-
piti id est prime suggestioni nō resistitur. tōt⁹
interna cordis dum cōsentit illabitur. Temp-
tationū dyabolicarū imitia fragilia sunt que si
non cauentur sed p̄ vsū in cōsuetudinem trā-
seunt. in nouissimis fortiter cōualescunt. ita ut
nūq̄ aut cū difficultate vincantur. Dum in tota
vita dyabolus preuaricari hominē cupiet. am-
plius tamen in fine molitur decipere. Hinc est
q̄ in principio contra prothoplastum serpentū
dictū est. Et tu insidiaberis calcaneo eius. Quia
nimiz hominē quē dyabolus in cursu preterite
vite nō decipit in nouissimis sup̄lantare dispo-
nit. Proinde quāuis q̄sq; sit iust⁹. nūq̄ necesse
ē. ut sit in hac vita secur⁹. s; sēp humil⁹ caueat
sēp q; ne in fine corruat sollicit⁹ p̄timeat. Dy-
abol⁹ suis fautoib; blādific. dei suis vero molit⁹
tēptamēta otraria. exēplo dñi q̄ se post baptis-
mū pass⁹ ē a dyabolo p̄tēptari. dyabol⁹ sādōs
oēs nō tenēdo possid; s; tēptādo p̄sequit. Nam
q; nō in eis intrinsec⁹ regnat. extra eos extrinse-
cus pugnat Et q̄ interius amisit dominū. exteri-
us cōmouet bellum. Tunc cōtra eū quem pos-
sidet dyabolus acrius seuit quādo se virtute di-
uina ab eo expellēdū agnoscat. Vñ a immūd⁹
spūs tūc gūi⁹ decipit puez in q̄ habitabat. qñ

ad xpi imperiū exire ab eo coact⁹ est. Quod fa-
ctum et ad pob vba respicit. vbi in nouissimis
behemoth caudā suā q̄si cædrus stringit. Pl⁹
dyabolū contra eos diuersis temptacōmbus in-
sistere. qm̄ possunt a alijs sua vtilitate pdesse.
ut dū illi impediūtur ne p̄ficiāt qui ducēdi sūt
Maligni spiritus hoc q̄ intra nos mūdare cupi-
mus sine intermissione tēptāt iterū sordidare
Sācti aut̄ presago spiritu eoz infidias precog-
nosunt. Et quī q̄d in se metipsis terrenū senā-
unt indefinēter opibus sādīs exhauriūt ut ex-
intimis puri inueniātur. Eodē blandimēto dēci-
piuntur nūc p dyabolum homines q̄ protho-
plasti in paradiso sunt dēcepti. Multis enim vicō-
rum prestigijs mētes reproboꝝ p̄tēptādo delu-
dit. Nunc enim pmissis dēcipit. nūc rebus trā-
sitorijs quasi necessarijs illicit. Nūc enim ipsa
inferni supplicia quasi leuia ac trāsitoria fugge-
rit. quatin⁹ miseroꝝ corda incupiditate lasciuī
aq; dissoluat. secumq; ad tartara ducat. Argu-
menta tēptacionū. malarūq; cogitacōnum se-
mina. que in cordib⁹ hominū dyabolus fundit
ita sepe vndiq; captā implicat mentem ut ex q̄
pte euadere quisq; tēptauerit sine p̄culo exire
non possit. veluti si iures hoc facere qd si feceris
pecces. si nō feceris reus p̄uiri sis. In tāto ergo
mali discrimie ut euadēdi adit⁹ pateat. minora

potius eligenda sunt ut maiora vitent. Dyabolus quando decipere quēq̄ querit. prius naturam vniuersūq; itēdit et inde se applicat. vnde aptū hominem ad peccandum inspererit. Ex ea pte homines dyabolus tēptat qua eos per ex crescentem humorem facile inclinare ad vicia cōspicit ut scdm humoris compassionem adhibeat et temptacōnem. Lege balaam qui in figura dyaboli cōtra populum dei. ex ea parte precipit permissos pretendere laqueos ex q̄ facili⁹ sensit eos esse lapsuros Nam et qui aquā alicui deducit nō eam per aliā partem mittit. nisi vbi eius impetum intendit. Nullus culpam non ex istimet quā ex ppria passione sustinet. sed quā tum valet cōtra id qd̄ tolerat pugnet. Nam si cōpassione ceditur. temptacōni l̄ vicio nequa q̄ resistitur. Ideo dyabolus in sacris eloq̄is behemoth id est animal sz. quia de celis lapsus ad terras cecidit. Ideo leuiatam id est serpens de aquis quia in huius seculi mari volubili versatur astucia. Avis vero p̄trea nominat. qz p̄t supbiam ad alta sustollitur. Et recte hīs trib⁹ vocabulis appellatur qz pro suo merito aerē q̄ si avis pro carcere meruit. terra ut animal putē dū sit. spēs ut in hui⁹ seculi mari insana iactet fluctuacōez. Ex eo enī qz p̄ mēbra sua dyabolus opatur sortitē vocabula. ita qz singuli aguntur

incedente illo ipse nominatur ex eo. Quē enim
non decipit dyabolus. vñ animal est. Hoc ē dū
p carnis luxuriā tēptat. vñ serpens est. Hoc ē
cupiditatis ac nocēdi maliciā. Quē autē nec sic
decipit insidiatur ei. vñ avis est. Hoc est supbi
e ruina. vñ enim dolos ppat. quousq; inueniat
viā p quā incautū decipiat. Aliud est intrā in
mērem cuiquā dyabolū. aliud vero inhabitare
nā q in corda sanctorū ingreditur dum malas
suggestiones insinuat. sed nō inhabitat in eis
q; in suo corpe nō eos traducit. Qui vero in cor
pō eius sūt. ipsos inhabitat. q; ipsi sunt tēplū
eius. Et si furripiat mētib; electoz dyabolus
non autē in eis req̄sct sicut in cordib; reprobo
rū nā calore fidei mox exētat ut exeat ab ele
ctis. Nonnulli quos iam auīdo ore dyabolus deu
uerat rursus diuini iudiciū occulta misericōe
ab eius ore eripiuntur q; salutē restituntur. Nā
sepe multos quos ātiquus hostis luxurie teno
mersos tenuit potēcia diuina p potēciā ab ei
faucibus trahit. Quoniā de bonoz interitu pro
pheta dicit. electos esse dyaboli escā: dum ali
bi scriptū est de illo. fenū sicut bos comedet mī
q; in oculis dei fenū sunt. qui electi cibus scdm
homines esse vidētur. Ac p hoc qui de bonorum
numero peūt. apud homines electi. apud deū
fenū existūt. Eū dyabolus iam deglutisse dicit

que iam profecto scelere deuorasse videtur. Eū
vero quē non deglutit opus perfectione. sed
temporānū ille sebris mordetur ut deuoret. ad
huc quasi in maxilla mādēt. vñ a paulus habz
stimulos carnis ut humilietur. nō habet peccā
di perfectionem qua degluciat. Os dyaboli
verba eius sunt. verba eius vero inspirationes
occulte sūt. quibus corda hominū alloquēs. oc
cultis vrit cupiditatibus. Quidā ob incorrigibi
lem iniquitatē. quā spē nō corrigūtur. immū
dis spiritibz verādi tradū. ut arripieudi eos
deōnes corporaliē habeant potestātē terroribzq;
eoz afflicti humiliēt a peniteāt ac saluent. Si
cut a apls. chorinthēis scribēs dicit. Tradite
hmōi sathane in interitū carnis ut spūs salu⁹
sit. vtile ē enim quosdā peccātes ut aie saluēt
sathane corporaliē deputari. q̄m⁹ ex p̄nti correp
tōe futurū iudiciū timeāt de cetero deliq̄re caue
āt. Quidā aut potestati demonū ad emēdatōez
deputāt q̄dā vero despecti ad solā pdicōnez tra
dū. Nonūq̄ dyabol⁹ aduersus hoiez iustū ā tri
bulatōes cordis illi exaggeāt. ā dolores corporis
fufcitāt. Hic ē q̄ apls ait. Dat⁹ ē mī stimū⁹ car
nis mee āgel⁹ sathane ut me colaphiset. Sepe
iusti mētē varijs vexationū doloribz vis demo
nū cruciat. vñ inēdū vsq; ad despatōis āgusti
am coartāt. Permanētī autē in dei amore aie

et ipsa tal' angustia ad merita proficit. Nam siue
in animo siue in corpore per instinctum immundorum
spirituum. quolibet aduersa iustus patitur ex de
i vtiq; permissu id patitur. Quod si hoc ipsum ad
dei gloriam humilis referat et dicat si bona susce
pimus de manu domini mala autem quae non su
stineamus iste non separatur a deo sed coniungitur
quolibet atroci angustia torqueat. Multa iustus
aduersa in anima patitur instigatione demonum.
sed talibus temptationibus pira vite eterne non potest
quod pius dominus ad damnationem culpe nostre
non deputat. quod de sue maiestatis permissu. nolens
qui patitur portat. Nam ibi peccamus ubi cupidita
tatem et voluntatem deflectimus. Vbi vero violenter
addicimus et si facinus aut flagitium non est mise
ria tamen pro flagitio et facinore est. Sed qui de
um laudat pro irrogata miseria. commissa procul
dubio euacuat facinora.

De temptationibus sompniis. Cap. 6.

Plerumque demones in noctibus occurrentes
humanos sensus per visiones turbant. ut
formidolosos et timidos faciant. Aliquociens et
despatione peccatorum mentem conuersi per soporem
conturbant. horreda quoque gehene supplicia mimitant
Nonnumquam autem et aperta impugnatione grassantes
humana corpora verberant. Quod tamen deo permit
tente malis sit ad vindictam. iustis ad tollerantiam

•

et gloriã. Plerumq; immūdi spirit⁹ eos quos
incumbere in seculi amore cōspiciūt. dormientes
quadam vane spei p̄spirare illidunt. Quosdã
vero quos formidare aliqua aduersa p̄fēiunt
dormientes inani terrore cōcutiunt. Sicq; mise-
rorum corda varijs illusionibus intemptates
modo vacua prosperitate demulcent. modo va-
na formidine terrent. Quia aut nullis aut raris
p̄scij sunt delictis. aut nūq̄ aut raro terroribus
fatigantur nocturnis. sed placido sompno qui
escētes. interdum etiam p̄ soporē quedã archa-
na et mistica cōtuentur ac vident. Qui vero cor-
da sua grauioribus vicijs polluerunt cōsciēti-
e pauore illusi species tremēdas aspiciūt. Fal-
lax enim ymago mētes miserorum diuersis il-
ludit ymaginibus. et quos vigilantes in vitia
traxit dormientes fatigat. ut numq̄ securos re-
buiescere sinat. Nō nūq̄ etiam electorum men-
tes horrendis ymaginibus sompniorum spiri-
tus immūdi terrificare conantur. et quos vigi-
lantes vicijs temptant nec superant acriter do-
mientes impugnant. Sãcti aut et si ad momē-
tum huiusmodi visionibus commoueantur. mox
tamen euigilantes illusionū vanitates despici-
unt intencionemq; suã protinus ad deum ouer-
tunt. Diuersę sunt qualitates sompniõz. Que-
dã enim ex saturitate. siue inanitate occurrūt.

quodam per experientiam nota sunt. quodam vero ex propria
cogitatione oriuntur nam sepe quod in die cogitamus
in noctibus recognoscimus. Nonnulli autem visiones
spirituum immundorum sunt illusiones. salomone ap-
probate. Multos inquit errare fecerunt sompnia et
illusiones vane. Porro quodam iusta sunt modo
hoc et supne reuelationis misterio sicut legitur
in lege de yoseph filio iacob. quod sompnio fratres
preferendus predicat. vel sicut in euangelio de io-
seph spouso marie. quod ut fugerz cum puero in egip-
tum sompnio admonitus est. Nonnumquam et per mixte ac-
cidunt visiones et cogitatione simul et illusiones at-
que idem cogitatione et reuelatione. danielle dicente.
Tu rex inquit cogitare cepisti in stratu tuo quid
esset futurum post hec et quod reuelat misteria ostendit
tibi quod ventura sunt. Etenim sepe ea in quibus cogita-
tionum nostrarum sensum porrigimus quodam mentis excel-
su reuelant. dum requiescimus. Quauis nonnul-
la vera sint sompnia facile tamen eis credi non oportet
est. quod a diuersis ymaginationum qualitatibus oriuntur
et vni veniant raro considerantur. Tam facile igitur
sompniis fides adhibenda non est ne forte satana
nas in angelum lucis se transformans quolibet incau-
tum fallat. et aliqua erroris fraude decipiat. Non-
numquam interdum demones deceptorum fraude ita
quosdam curiosos obseruantes illudunt ut quedam
sompnia non aliter eueniant quam ostendunt ut enim

•

in multis fallat infidū et vā p̄nunciāt. S; quā
uis ita accidāt crēpnēda sūt ne forte de illuſio
ne p̄cedāt recolētis ſcripture dicētis. Si dire
rit vob et ita euenerint nō credatis. Sōpnia ſi
milia ſūt augurijs. et q̄ ea intēdūt v̄re auguria
ri noſcūt. Scire autē debem⁹ nō eſſe vā ſompni
a que cogitās aim⁹ die noctuq; ſibi ymaginaē
Mētes enī nō nūq̄ ip̄e ſibi ſomnia fingūt. Sepe
enī dū p̄ora mala p̄ triftē memoriā ac gr̄hene
vididā in nob ip̄e recolēdo ymaginam⁹ hui⁹
modi ymaginacōnes mētis a de p̄teriti admiſ
ſi. aut de futuri ſupplicij memoria vigilātib; ſūt
et p̄ viſiones ſompniāq; occurrūt. et cogitacū
mētes occiūt. Nā vna in memorie ſūt vtraq;
ſiue vigilātib; ſiue dormientib; nob. Tali enī a
nimi monicōe horribiliq; pauore etiā p̄ q̄erē cō
cuſimur et q̄ ḡua ſint q̄ om̄im⁹. et q̄ duā q̄ p̄
timelcim⁹ mētis aſpectu etiā in ſompno crēpla
mur. Nō eē p̄cēm qm̄ nolētes ymaginibus no
cturnis illudimur. ſ; tūc eē p̄cēm ſi atē q̄ illuda
mur cogitacōis effectib; p̄uenim⁹ Luxurie q̄ppe
ymagines q̄s in v̄itate geſſim⁹ ſepe dormiētū
b; in aīa apparēt ſ; inorie ſi nō occupādo oc
currūt. Qui nocturna illuſione polluit. q̄uis et
ſi extra memoriā turpiū cogitacōnū ſe ſeciat in
q̄natū tū hoc ut tēptaret culpe ſue t̄buat ſuāq;
in mūdiciā ſtatim ſletibus tergat.

Hoc est remedium eius q̄ vicōrum tempra
 mētis exstuat. ut quociens quolibz tāgīt
 vicio tocēs ad oracōnem se subdat. Quia fre
 quēs oracō. vicōrū impugnacōnem extinguit.
 Tam p̄seueranter oportet intendere animum
 nostrū in orādo atq; passando. quousq; impo
 rtunas desideriorū carnaliū suggestiones q̄ no
 stris obstrepūt sensibus fortissima intencōne
 supemus. ac tā diu insistere. quousq; persisten
 do vincamus. Nam negligētes oracōes nec ab
 ipso homine impetrare valēt quod volūt. Quā
 do quisq; orat. factū spiritū ad se aduocat. at v
 bi venerit cōfestim temptamēta demoniorum
 que se mentib⁹ humanis immergūt presētia
 eius ferre nō sustinentes effugiunt. Oracō cor
 dis est. non labiorū. neq; enim verba deprecā
 tis deus intendit. sed orantis cor aspiciē. Quod
 si tacet os cor orat. et vox fileat q̄uis hominib⁹
 lateat deo latere nō potest qui cōsciencie p̄ns ē
 Melius est autē cū silentio orare corde sine sono
 vocis. q̄ solis verbis sine intuitu mentis. Nūq̄
 est sine gemitu orandū. nā peccatorum recorda
 tio merorem gignit. Dū enim oramus si ad me
 moriam culpam reducimus. magis reos tunc
 nos esse vgnoscimus. Ideoq; cū deo assistim⁹
 gemere et flere debemus remimiscētes q̄ gūia

fiunt scelera que committimus. quaque dura inferni supplicia que timeamus. Mens qualem se in oratione offert. talem post orationem conseruet. Nam nichil proficit oratio si denuo committatur unde iterum venia postuletur. Ille enim precibus desideratum effectum sine dubio percipit. qui quando ablui postulat delinquendo non iterat. Mens nostra celestis est. et tunc orando deum bene contemplatur. quando nullis curis aut erroribus impeditur. Aptam est enim ad bonum in sua natura in aliena vero turbatur. Quam est oratio quam in suo tempore seculi non interueniunt cure. Longe autem a deo est animus qui in oratione cogitationibus seculi fuerit occupatus. Tunc ergo veraciter oramus quando aliunde non cogitamus. Sed valde pauci sunt qui tales orationes habeant sed licet in quibusdam sint. difficile tamen ut semper sint. Mens que ante orationem vacans a deo illicitis cogitationibus occupatur. dum in orationem venit confestim illi ymagines rerum quas nuper cogitauit occurrunt. aditumque precibus obstruunt ne se mens libera ad celeste desiderium erigat. Purgandus est itaque primum animus atque a temporalium rerum cogitationibus segregandus ut pura acies cordis ad deum vere et simpliciter dirigatur. Nos vero tunc impetranda diuina munera credimus quam simpliciter effectu assistimus cum oramus. Multis

modis interrumpitur intentio dum semper in terra
vana mundi ingeruntur in cuiuscuq; orationis ani-
mo. Tunc enim magis dyabolus cogitationes
curatum secularium humanis mentibus ingerit quam
orantem aspicit. Duobus modis oratio impe-
ditur ne impetrare quisque valeat quod postu-
lat. Hoc est si aut quisque adhuc mala committit
aut si delinquenti sibi debita non dimittit. Quod
geminum malum dum quisque a semetipso abster-
ferit. primum securus studio orationis incubit. et
ad ea que precipibus impetrare cupit. mens se
libere erigit. Qui leditur non desistat orare pro se
ledentibus. Alioquin iuxta dei sententiam peccat
qui pro inimicis non orat. Sicut nullum proficit
in vulnere medicamentum si ad huc ferrum in eo
sit. ita nichil proficit oratio illius. cuius adhuc
dolor in mente vel odium manet in pectore. Tan-
tus esse debet erga deum orationis affectus ut non
despet precibus effectum. Inaniter autem oramus si
spei fiduciam non habemus. Petat ergo ut apostolus
ait. unusquisque infide nichil dubitans. nam qui
dubitatur similis est unde maris que vento feruntur
atque disperguntur. Diffidencia nascitur impetran-
di orata. si se adhuc animus sentiat circa pre-
candi affectionem versari. Non enim potest ha-
bere precibus certam fiduciam. quam ad huc in preceptis
dei pigritat. et peccati recordationes delectat. Qui

•

a preceptis dei auertitur qđ in oracōe postulat
non meretur nec impetrat ab illo bonū qđ postu-
lat. cuius legi non obedit. Si enim id qđ preci-
pit facimus id qđ petim⁹ sine dubio obtinem⁹
Nam sicut scriptum est. q̄ auertit aurem suam
ne audiat legē oracō eius execrabilis erit. Me-
tum apud deum vtraq; sibi necessario commen-
datur. ut oratione operacō. ⁊ opere fulciatur o-
ratio. Vnde etiā iheremias ait. Leuemus cor-
da nostra cum manibus ad dominū. Cor enim
cum manibus leuat. qui oracōnem cum opere
fulciat. Nam quisquis orat. et non opatur.
cor leuat ⁊ manus non leuat. Quisquis vero o-
patur. ⁊ non orat. manus leuat. et cor non le-
uat. Sed quia ⁊ opari necesse est ⁊ orare. bene
iuxta vtrumq; dictum est. Leuemus corda no-
stra cū manib; ad dominū. ne de negligētia mā-
datorum dei reprehendamus. dū salutem no-
stram obtinere. aut sola oracōne aut sola opa-
cōne contendimus. Post qđ bonum op⁹ agim⁹
lacrimę orationū fūdantur. ut meritū adriōnis
humilitas impetret precis. Culpabiliter man⁹
ad dominū expandit. qđ facta sua orādo iactāter
oābat. seq; magis qđ deum de opibus iustis lau-
dare volebat. Quorūdam oracō in peccatum cō-
uertitur sicut de iuda pditore scribitur. Qui enī
iactāt oāt laudē humanā appetēdo nō solū ei⁹

oracō non telet peccatū sed ipsa vertitur in pec-
catum. Sicut iudei ⁊ heretici. qui licet ieiunare ⁊
orare videātur eorum tamen oracō nō illis ad
purgacōnis proficit meritū sed mutatur po cā
ad peccm. Ideo interdū oracō electoꝝ in pressu-
ris eorū differtur ut impioꝝ peruersitas auge-
atur. Verū dum iusti tꝑaliter audiūtur. pro e-
orum fit salute qui eos affligunt. ut dū illis tem-
pali remedio subuenitur. prauoꝝ oculi ad con-
uersionem apianē. vñ ⁊ trium pueroꝝ frigid⁹
ignis fuit. ut nabugodonosor verū deum cogno-
sceret. Sicut ⁊ pꝑheta in psalmis ait. Propt̄ mi-
micos meos eripe me. Proinde tardius exau-
diuntur quorundam oraciones. ut dum dif-
ferūtur forcius ex fāditate maioribus premijs
cumulēnt. Exemplo prumarū ⁊ pressione mel-
sum in quibus quāto tardius sata semina ex-
eunt tanto ad frugē cumulaci⁹ crescūt. Quoci-
ens orantes non exaudimur. nostra nobis fa-
cta i oculꝝ ꝑponam⁹ ut hoc ipsū qđ differimur
diuine iusticie reputetur ⁊ nostre culpe. Intē-
dum qđ pꝑseuerant orantes nō cito exaudimur
vtilitati nostre est non aduersitati. Sepe enim
multos deus non audit ad voluntatē ut exau-
diat ad salutem. Multi orantes non exaudiūnt
prouidēdo illi deo meliora qđ petūt. Sicut cōtinge-
re solet puulis. qui ne in scolis vapulent dum.

•

exorant. sed nō datur illis postulacōnis effectus
quā impedit talis exaudicō ad profectū. Non
aliter quibusdā cōtingit electis. deprecatur enim
deum p̄ non nullis vite huius cōmodis vel ad
uerfis. Prouidētia vero diuina temporaliter eo
rum desiderio minime consulit quia meliora illi
in eternum p̄mittit. Oracō priuatis locis opor
tunius fūditur mai⁹q; obtētū impetrat. dū deo
tantū teste depromitur. Propriū aut̄ ypocrita
rum est. offerre se in oracōne vidētibus quorū
fructus est nō deo placere. sed gloriā ab homi
nib; opare. Non in multiloquio exaudiuntur ho
mines a deo. quasi plurimis eū verbis conētur
inflectere. Neq; enim conciliat eum multiplex
orātis sermo. s; pura sinceraq; orantis intencō
Bonum est corde semp̄ orare. bonum etiā et so
no vocis deum spiritualibus ymnis glorificare.
Nichil ē solo voce canē. sine cordis intencōne. S;
sicut ait ap̄ls. cātātes in cordib; nr̄is hoc ē nō
solū voce. s; corde psallētes. vñ et alibi. Psallā
spū psallā q̄ mēte. Sicut in oīoib; regimur. ita
psalmoz studijs delectemur. Psallēdi enī vtili
tas tristitia corda psolat ḡcōēs mētes facit. fa
stidiosos oblectat. inertes exfuscat. peccōres
ad lamēta inuītat. Nam q̄uis dura sint carna
lia corda. statū ut psalmi dulcedo insonuerit ad
effectū pietatis aīm eorū inflectit. dū xp̄ianū

non vocis modulacō s; tantum verba diuina q̄
ibi dicūtur debeat cōmouere. nescio quo tamē
modulacōe canentis maior nascitur cōpundō
cordis. Multū enim repiūtur qui cant⁹ suauita
te cōmoti sua crimina plangunt atq; et ea pte
magis flectūtur ad lacrimas ex qua psallētis
insonuerit dulcedo suauissima. Oracō in pñtī
tācum vita pro remedio peccatorū effunditur.
psalmoz autē decantacō perpetuā dei laudem de
monstrat. in gloriā sempiternā sicut scriptū
est. Beati qui habitāt in domo tua in secula se
culozum laudabunt te. Cuius opis ministeriū
quicumq; fideliter intentaq; mente exequitur
quodāmodo angelis sociatur.

De oracōne.

Cap. 8.

Oracōnib⁹ mūdāmur. lēōibus instruimur
vtq; bonum si liceat. si non liceat. meli⁹
est orare q̄ legere. Qui vult cū deo semper esse
frequenter deb; orare. frequēter et legere. Nā
cū oramus. ipsi cum deo loquimur. cū vero legi
mus deus nobiscum loq̄tur. Omnis pfect⁹ ex
lōne et meditacōne procedit. Que enim nesci
mus lectione discimus. Que autē didicim⁹. me
ditacōne cōseruamus. Geminū cōfert donum le
ctio sanctarū scripturarū. siue qd̄ intellectu mien
tis erudit. seu qd̄ a mundi vanitatibus abstra
ctum hominem ad amorē dei perducit. Excitati

enim sepe illius sermone subtrahimur. a desiderio mundane vite. atque accensi in amore sapientie. et ratio vana spes mortalitatis huius nobis uelicit. quanto amplius legendo spes eterna daruerit. **Geminum est lectionis studium. Primum quomodo scriptura intelligatur. secundum qua uilitate dicatur. Erat enim antea quisque promptus ad intelligendum que legit. sequenter perdoneus ad proferendum que didicit. Lector strenuus potius ad implendum que legit quam ad sciendum erit promptissimus. Minor enim pena est nescire quod appetas quam ea que noueris non implere. Sicut enim legendo scire concupiscimus. sic sciendo que didicimus. recta implere debemus. Lex dei a premium habet et penam legentibus eam. Premium in eis que eam bene uiuendo custodiunt. pena uero qui eam male uiuendo contempnunt. Omnis qui a preceptis dei discedit opere. quociens eadem dei precepta legere et audire potuerit corde suo reprehensus confunditur. quod id quod non agit memorat. et teste conscientia interius accusat. Unde et dauid propheta deprecatur dicens. Tunc non confundar cum respicio in omnia mandata tua. Grauius namque unum quisque confunditur. quam mandata dei et legendo. et audiendo respiciat que uiuendo contempnit. corde enim reprehenditur dum mandato et meditatione docetur quod non impleuit opere quam diuina didicit inssione.**

Nemo potest sensum scripturę sanctę cognoscere nisi legendi familiaritate sicut scriptũ est. Ama illã et exaltabit te. glorificabis ab eã cũ eam fueris amplexatus. Quãto quisq; magis in sacris eloquijs assiduus fuerit. tãto ex eis vberiozem intelligẽciam capit. Sicut terra q̄ quãto amplius excolitur tanto vberius fructificat. Quãto aplius ad quilibet artem homo cõscendit. tãto magis ad hominẽ ars ipsa descendit. Sicut in lege scribitur. Moyses ascendit in mõtem. et dñs descendit. verũ e de ocio spiritali qđ ille tantũ secreta diuinorũ scrutabitur mandatoꝝ. qui ab actõẽ terrene cure auocauerit a minũ. et se vlla familiaritate scripturis sãctis inheserit. Nã sicut cecus et videns potest quidem vterq; ambulare sed non cõsimili libertate. dũ cecus p̄gens quo nõ vidit offendit. videns vero offendicula caueat. et quo sit pergẽdum agnoscat. sic qui nubilo terrene cure fuscatur si tẽptet dei perscrutari misteria nõ valet. q̄ p̄pter caliginem curarũ non videt. Qđ ille tantũde efficere valet qui sese ab exteriorib; seculi curis abstrahit et totũ scripturarũ meditacõẽ defigit. Quidam habent intelligẽcie ingenũ sed negligunt cõmũs studium et qđ legẽdo scire potuerũt negligẽdo contempnunt. Quidam vero amorem

sciendi habēt sed tarditate sensus prepediunt
Qui tamen assidua lectione sēsiunt. qđ ingeni
osi per desidiam nō nouerūt. Ingenio tardus
et si nō p naturā. p assiduitatem lectionis aug
mentatur. Nam q̄uis sensus ebetudo obfit fre
quens tamen lectio intelligētie pro intencōne
boni studij premium p̄cipit. Ita qui prestitum
sibi a deo ingeniū intelligētiae negligit. & emp
nacōnis reus existit. quia donū q̄ accepit despi
cīt & p desidiam delinquit. Quidā dei iudicō do
num sciētiae qđ negligūt accipiunt ut durius
de rebus creditis puniantur. Tardiores autē
ideo qđ scire cupiunt difficilius inueniūt ut p
exercitio labous maximū premium habeant
retribuōnis.

De doctrina sine gr̄tia.

Cap. 10.

Doctrina sine adiuuante gratia q̄uis infū
datur auribus. interius nichil proficit.
Tunc autem sermo dei infusus auribus ad cor
dis intima peruenit. quando dei gratia mētem
interius ut intelligat tangit. Sicut enim quos
dam flamma caritatis sue deus illuminat ut vi
taliter sapiant ita quosdam frigidus torpētes
q̄ deserit. ut sine sensu persistant. Pleriq̄ in a
cumine intelligēdi viuaces existūt. s̄ loquēdi
inopia agustātur. Quidā vero in vtriq̄ pollēt
& sciētiae copā & dicendi efficacitā habēt.

Periq; scientiam acceptā scripturarū non ad dei gloriam. sed ad suam laudē imitāt dum ex ipsa scientia extolluntur et ibi peccant ubi peccata mūdare debuerāt. Nūq̄ cōsequuntur legendo pfectam scienciam arrogātes. Nā quāuis sapientes in supficie videantur medullis tamen veritatis archana nō tīgūt. quia superbie nube p̄pediuntur. Semp enim superbi legūt. querūt. et nūq̄ inveniunt. Diuine legis penetrabilia humilibus et ad deū bene intrātibus patent. prauis et supbis clauduntur. Nam q̄uis diuina eloquia in lectione sint arrogātib; apta in misterio tamen clausa atq; occulta sunt. Dū sermo dei fidelibus luceat. reprobis autē ac supbis quod amō tenebre scit. Et vnde illi illuminātur inde isti cecantur.

De carnalib; doctorib; et hereticis. Cap. 12.

Nequa q̄ legem intelligit qui carnaliter legendo verba percipit. sed qui ea sensu interioris sciencie p̄spicit. Nā quā litteram legis intendunt eius occulta. penetrare non possunt. Multi enim non intelligēdo spiritaliter scripturas nec eas recte sciēdo in heresim deuoluti sunt atq; in multis erroribus defluerūt. In solis fidelibus religata est lex teste dño per p̄phetam. Signa testimoniu figua legē in discipul

meis ne eā aut iudeus intelligat aut hereticus
quia nō est xpi discipulus. Vnitatē quippe pa-
cis quā xps docuit nō sequantur. De qua idem
dñs dicit. In hoc cognoscēt homines quia mei
discipuli estis si dilectionem inter vos habue-
ritis. Scripturas heretici sano sensu nō sapiūt
sed eas ad herozē prauē intelligentiē ducunt
neq; semetipsos eaz sensibus sbdūt sed eas p-
uerse ad errorem xprium pertrahūt. Doctores
erioꝝ prauis persuasiombus ita p argumentū
fraudulētie suos alligāt auditores ut eos qua-
si labyrintho implicent a quo exire vix valeant
Tāta est hereticorum calliditas ut falsa veris
malasq; bonis permisceant. salutaribus rebus
plerumq; erroris virus interferant quo facili-
us possint prauitatem peruersi dogmatis sub
specie persuadere veritatis. Plerūq; sub nomi-
ne catholicorum doctorum heretici sua dicta cō-
scribunt ut indubitanter lecta credantur. Nū-
q̄ blasphemias suas latēti dolo in libris nostro-
rum inserūt doctrināq; veram adulterando cor-
rumpūt. scilicet vel adiciendo que impia sunt &
auferēdo q̄ pia sunt. Cautē meditāda cautoq;
sensu probāda sūt que legūtur. ut iux̄ apostoli-
ca monita a teueamus q̄ recta sunt & refutem⁹
que contraria veritati existūt sicq; bonis instrua-
mur ut a mal̄ illesi pmaneamus.

Ideo phitex xpianis figmenta legere potest
 quia oblectamēta inaniū fabularum
 mentē exercitant ad incontinentia libidinum. Nō solū
 cura offerendo demonib; ymolat s; etiā dicta
 eorum libētius capiēdo. Quidā plus medita
 ri delectantur gentilium dicta ppter tumentem &
 ornatū sermonem q̄ scripturam sactam ppter
 eloquiū humile. Sed quid pdest in munda
 nis doctrinis proficere. & inanes diuinis ca
 duca sequi figmenta et celestia fascidire mis
 teria. Cauendi sūt tales libri ppter amorem san
 ctarū scripturarū vitandi. Gentilium dicta ex
 terius verborū eloquētia nitēt. interius vacua
 veritatis sapiētia manēt. Eloquiū autē sacra q̄
 exterius in cōpta verbis apparēt intrinsecus au
 tem misteriorū sapiētia fulgēt. vñ & ap̄ls hā
 temus inquit thesaurū istū in vasis fictilibus.
 Sermo quippe dei occultum habet fulgorē sapi
 encie & veritatis repositū in vborū vilissimis vas
 culis. Ideo libri sancti simplici sermone descri
 ptī sūt ut non in sapiētia verbi sed in ostensione
 spūs homines ad fidē pducerētur. Nā si dyale
 ctici acuminis verfuscia. & rethorice artis eloquē
 tia editū cēt neq̄q̄ putaret fides xpī in dei vir
 tute s; in eloquēcie humane argumentis existe
 re. Neq̄q̄ crederem⁹ ad fidē diuino inspiāmine

prouocari. sed potius verborum calliditate sub
duci. Omnis secularis doctrina spumantibus verbis
resonat ac se per eloquentie tumorem attollens. per
doctrinam simplicem et humilem christianam euacuata
est. sicut scriptum est. Nonne stultam fecit deus sa
pientiam huius mundi. Fastidiosus atque loqua
cibus scripture sancte minus propter sermonem
simplicem placent. gentili enim eloquentie copia
si videtur indigna illis. Quod si animo humili mi
sterio eius intendant confestim aduertunt quam
tum excelsa sunt que in illis despicunt. In lectio
ne non verba sed veritas est amanda. Sepe autem
repperit simplicitas veridica et composita falsitas
que hominem suis erroribus illicit. et per lin
gua ornamenta laqueos dulces aspergit. Nam
nichil aliud agit amor mundane scientie nisi
extollere laudibus hominem. Nam quan
tum maiora fuerint litterature studia tanto
animus arrogancie fastu inflatur maiori in
tumescit iactantia. Unde et bene psalmus
ait. Quia non cognoui litteraturam introibo
in potentias domini. Simplicioribus litteris
non est preponendus fucus grammatice artis.
Meliores enim sunt communes littere. quia sim
pliciores et ad solam humilitatem legentium
pertinentes. ille vero nequiores. quia inge
runt hominibus permiosam mentis elationem.

Meliores sunt gramatici quam heretici. heretici enim
haustu letiferi sunt hominibus; persuadendo propinquant
Gramaticorum autem doctrina potest etiam proficere
re ad vitam dum fuerit in meliores usus ad vitam.

De collatione.

Cap. 12.

Quoniam sit utilis ad instruendum lectio. ad hi-
bita autem collatione maiorem autem intelligere
etiam prebet. Melius est enim conferre quam legere
Collatio docibilitatem facit. nam propositis inter-
rogationibus circumactio rerum excluditur. et sepe ob-
iectationibus latens veritas approbatur. quod ob-
scure aut dubium est conferendo cito perdiscitur. Me-
tum profuit in collatione figere. res enim que minus
per se advertuntur per operationem rerum facile ca-
piuntur. Nam sepe sub specie alia insinuat scriptu-
re divine spiritalis causas. et nisi per aliam e-
videntem ostensionem vi appareret occulta legis
mysteria. Sicut instruere solet collatio. ita conten-
tio destruit. hec enim relicto sensu veritatis lites
generat et pugnando verbis etiam deo blasphemiam
irrogat. Unde hereses et scismata omnino
quibus subvertitur fides. corrumperitur veritas
scinditur caritas. Contenciosorum studium non pro
veritate sed pro appetitu laudis certat. tantaque
est in hiis perversitas ut veritati cedere nesciant
ipsamque rectam doctrinam evacuare contendant
In disputatione fidelium cavenda est propositio

•

artificiosa subtilitas que callidis obiectionibus
recta tendit. Ita enim veris assereombus p̄
uorum disputacō inmodatur ut recta simulene
esse. que peruersa p̄suadet. Lectio memorie auxi
ilio eget. Qd si fuerit naturaliter tardior. frequē
ti tamē meditacōne acuit ac legendi assiduita
te colligitur. Sepe proluxa lectio. longitudinis
causa memoriam legentis oblitteat. Qd si bre
uis est submotaq; libri sentētia retractetur in
animo. tūc sine labore legitur et ea que lecta sūt
recolēdo a memoria minime excludūtur. Accep
tabilior est sensibus lectio tacita q̄ aperta. Am
plius enim intellectus instruitur quādo vox le
gentis quiescit. et sub silēcō lingua mouetur.
Nam dare legēdo corpus lassatur et uocis acu
men obtūditur.

De vita adiuua et cōtēplatiua. Cap. 11.

Hic vita inoētia ē opm cōtēplatiua specula
lacō supnoū. Illa cōis multoū ē ista pau
corum. Adiuua vita mūdānis reb; bene vītur.
Cōtēplatiua mundo renūciās. soli dō uinē dele
ctatur. Quā pri⁹ in adiuua vita p̄ficiūt ad cōtēpla
cōez bñ cōcedit. Merito enī in ista sustollit q̄ in
illa vtil inuenit. Quicūq; tēpalē gloriā aut car
nalē adhuc affectat cupiscētia a cōtēplacōne
phibet. ut possit in actual vite opacōe purge
tur. In ista enim prius per exercitium boni opis

cuncta exhaurienda sunt vicia. ut in illa iam pura
mentis acie ad contemplandum deum quisque per
transeat. Et licet quis conuersus statim ad con-
templationem conscendere cupiat. tamen ratione coitue
ut prius in adiuue operatione versetur. Exemplum
itaque adiuue vite de iacob sume. Qui dum ad ra-
chel hoc est ad visum principium festinaret. que
contemplationem significat. illi lya hoc est la-
biosa vita supponitur que adiuam demonstrat
Sicut sepultus ab omni negotio terreno priua-
tur. ita contemplatione vacans ab omni occupa-
tione carnali auertitur. Et sicut ab acta vita con-
descendentes in contemplationis quiete sepeliun-
tur. ita ab actione seculi recedentes eos vita con-
templatiua in se quasi sepeliendos suscipit. Ac
per hoc vite mundane. adiuua vita. et vite adiuue
contemplatiua sepulchrum est. Viri sancti sicut a
secreto contemplationis egrediuntur ad publicum
actionis. ita rursus ab actionis manifesto. ad se-
cretum contemplationis intus reuertuntur. ut in-
tus deum laudent. vbi acceperunt vnde foris ad e-
ius gloriam opentur. Sicut aquile moris est sem-
per oculorum obtutus in radios solis infigere nec
desistere nisi esse solius obtentu. ita sancti a con-
templatione ad actuali vitam interdum reflex-
duntur considerantes illa summa sic esse vtilia ut
tamen illa vilia sint paululum nostre indigentie

necessaria. In adiuue vite genere humano intē
cio perseveranter incedit in contemplacōe autē
sefe per interualla resumit quia diurnitate cō
templandi lassatur. Visio animalium que in e
zechiele ibant et reuertebātue pertinet ad con
templatiue vite mensuram. In qua dum quis
q; intenderit sua reuerberatus infirmitate re
flectitur atq; iterum renouata intencōne ad ea
vnde descenderat rursus erigitur. q̄ fieri in a
ctiua vita non potest de qua si quisq; reflectat
v̄ ad modicum statim vicōrum excipitur luxu
Oculus dexter scandalizans quē dominus euē
li precepit vita cōtemplatiua est. Duo oculi in
facie adiuua et contemplatiua vita in homine.
Qui igitur per contemplacōnem docebit erro
rem. melius est si euellat contemplacōnis oca
lum et seruet sibi vnū. vite actual' obtutum. ut
sit vtilius illi per simplicem actionem ire ad vi
tam q̄ per contemplacōnis errorem mitti in ge
hennam. Sepemens ad summa ab imis erigitē
et sepe a summis ad infima pondere carnis in
clinata reflectitur. Multos deus et ex carnalib;
sua gratia visitans ad contemplacōnis fastigi
um eleuat. multosq; a contemplacōne laben
tes iusto iudicō deserit et lapsos in terrenis o
peribus derelinquit.

De otentōribus mundi.

Cap. 16.

EA que amatoribus seculi cara fuit. sancti ve-
lut aduersa refugiunt. pl⁹ q; aduersitatibus
mundi gaudent qua prosperitatibus delectantur
Alienos esse a deo quibus hoc seculum ad omne
modum prosperatur. Seruus autem dei cuncta huius
mundi contraria sunt. ut dum ista aduersa senti-
unt. ad celeste desiderium ardentius excitentur. Ma-
gna apud deum effulget gratia. qui huic mundo
contemptibilis fuerit. Nam reuera necesse est ut
quem mundus odit. diligatur a deo. Sanctos vi-
ros in hoc seculo peregrinos esse a hospites. Vnde
a reprehenditur petrus quod tabernaculum fieri in
monte cogitauit. quia sanctis in hoc seculo tab-
ernaculum non est. quibus patria a domus in celo
est. Sancti viri ideo contempnere cupiunt mun-
dum et motum mentis ad superna reuocare. ut ibi
se colligant unde defluerunt et inde se subtrahant
ubi dispersi sunt. Iusti qui rebus et honoribus quibus
huius vite blandimentis renunciant. proinde se
ab omni terrena possessione mortificant ut deo
vivant. ideoque huius seculi blandicias calcant.
ut validiores ad vitam illum de huius vite mor-
tificatione confurgant. Cuncta quippe temporalia
quasi herbe videntes arrescunt et transeunt.
ideo pro eternis rebus que nunquam arrescunt recte
ista dei seruus contempnit quia in eis stabilitatem
non aspicit. Qui post renunciationem mundi ad

supernam patriam sanctis desiderijs inhiat ab
hac terrena intencōne quasi quibusdam pen
nis subleuatus erigitur et in quo lapsus eāt per
gemitus conspicit. et vbi peruenit cum gaudi
o magno intendit. Qui vero a contemplacōne
reflexus curas hui⁹ seculi incurrit si ad memo
riam sui reuertatur proinus ingemiscit. Quā
tumq; fuerint tranquilla que perdidit et quā
tū cōfusa sint in quibus cecidit ex ipsa laboris
sui difficultate cognoscit. Quid enim in hac vi
ta laborios⁹ q̄ terrenis desiderijs estuare. Aut
quid hic securius q̄ bona huius seculi nichil
appetere. Qui enim hunc mūdum diligūt tur
bulentis eius curis et sollicitudinibus contur
bant. qui autē cum odiūt nec sequuntur inter
ne quietis tranquillitatem fruētes. future pa
cis requē quā illic expectant hic quodāmodo
habere inhōant.

De sanctis qui se a consorcio seculi sepa
rant.

Capitulum. II.

Sancti viri fundit⁹ seculo renūciantes. ita
huic mūdo moriūt. ut soli dō vivē delectēt
quōq; ab hui⁹ seculi diversacōne se subtrahunt
tāto interna mētis acie pñcie dei et angelice so
cietatis frequēciā contēplant. Malorū tā prava
fūt opa manifesta ut hñ qui supnā patriā desi
derāt. non solum mores eorū s̄ a consorcio fugiāt

Quidam etiā corporaliter separari desiderant ab imi-
quīs. ut eorum non inuoluantur delictis. Non
nulli. et si non corporali discessu. spiritali tamē ab
eis intencōne recedunt. Qui et si cōmunes sint
ouerfacōne. discreti sunt tamē corde et opere. Et
licet sepe in medio carnaliū vitā deus protegat
electoꝝ tamen rarum satis est. ut quisq; inter
seculi voluptates possit diuicijs maneat illiba-
tus in quibus et si nō implicet. aliquādo tamē
attrahitur. Neq; enim securus diuicijs potest
esse. quī piculo proximus est. Via sine offendicu-
lo vitā mōchi. sine cupiditatis. et timoris impe-
dimēto. Dū enim q̄sq; a cōforō mūdi abstrahi-
tur nec cupiditas eum obligat cōsecrētē. Bonū
est ei corporaliter remotum esse a mūdo. sed mul-
to melius ē voluntate. vtrūq; vero pfecto. Ille
vero perfectus est qui huic seculo et corde et cor-
pore discretus est. Onager ut ait yob contem-
pmit ciuitatem. et monachi cōmunem seculariū
ciuium cōuersacōem. Vbi aduersa huius vite
appetunt p̄spera contempnunt. ut dum ab eis
hec vita despiciēt futura inueniat.

De preceptis aliorib; monachoz. Cap. 18.

Hia sunt precepta que dantur fidelib; con-
mune in seculo vitā degētib;. atq; alia secu-
lo huic renūciantib;. Illis enim dicitur. ne su-
a omnia bene gerāt. istis ut sua oia derelinquāt

Illi preceptis generalibus astringuntur. isti
precepta generalia perfectius viuendo transen-
dunt. Ad perfectum non sufficit nisi abnega-
tis omnibus suis. etiam seipsum quisq; abne-
get. Sed quid est seipsum abnegare. nisi vo-
luntatibus proprijs renuntiare. Vt qui super-
bus eât sit humilis. quâ iracundus est esse mâ-
fuetus studeat. Nam si ita quisq; renunciet
omnibus que possidet. ut suis non renunciet
moribus. non est cristi discipulus. Qui enim
suis rebus renunciat. sua abnegat. qui autem
moribus prauis. semetipsum scilicet abnegat.
Vnde et dominus. Qui vult inquit post me ve-
nire abneget semetipsum.

De Tepidis monachis. Capitulum. 29.

Qui nō rigida intencione monachi pro-
fessionem sectantur. quanto supermi a-
moris propositam dissolute appetunt.
tanto procliuus ad mundi amorem denuo re-
ducuntur. Nam professio non perfecta presen-
tis vite repetit desideria. In quibus et si non
dum se monachus alliget opere iam tamen al-
ligat cogitacionis amore. Longe quippe a
deo est animus cui hec adhuc vita dulcis est.
Iste enim quid de supermis appetat quid de
infirmis fugiat nescit. nam sicut scriptum est.

Qui apponit scienciam apponit et dolorem. Quanto enim quisque potuerit supra scire que appetat. tanto acrius de infimis quibus inheret dolore debet. Propter hoc enim et iacobus apostolus dixit. Miseri estote. lugete et plorate. risus vester in ludum convertatur. et gaudium in merorem. Hinc etiam dominus ait. Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Et rursus. Ve vobis qui ridetis. quia flebitis. Qui ad hoc conversionem appetit sanctitatis ut aliis preesse quandoque desideret. iste non discipulus christi. sed prauitatis seductor existit. quia non pro deo sed pro seculi amore portare studet crucis christi laborem.

De humilitate monachi vel ope. Cap. 20.

Somma virtus monachi humilitas. summumque vitium eius superbia est. Tunc autem se monachum quisque iudicet. quando se minimum existimauerit. etiam cum maiora virtutum opera gesserit. Qui mundum deserunt et tamen virtutes preceptorum sine cordis humilitate sequuntur. isti qui si de excello grauius corruunt. quia deterius per virtutum elationem deiciuntur quam per vitia prolabi poterunt. Omnis dei seruus de suis meritis non debet extolli dum alios sibi inferiores viderit. sed multos sibi prelatos existimet. Nouerit autem omnis sanctus. alterius se non preponere sanctitati. Sempiternam scientiam seruus dei humilis esse debet

mm

a tristis. scz ut per humilitatem nō supbiat a p
vilem mercedem cor ad lasciviā non dissoluat
Dei seruus dum bonū aliqđ opus agit ad boni
remuneracōnem vtrum pertineant que fecit in
certus est ne forte discussione celestis iudicis re
us pensetur. a in hñs que dei sunt negligenter
aut superbe aliqđ opēātus esse inueniatur. Ide
oq; pro hoc ipso tristis mestus q; efficitur atq;
indefinenter turbatur. reminiscens procul du
bio scriptū esse. Maledictus homo qui facit o
pus dei negligēt. Nam vera cōter odepnabimur
si p torpore ea que bona sūt agim⁹. Dei seruū si
ne intermissione legere. oāre. opari oportet. ne
forte mentē ocio deditā. spūs fornicacōnis furri
piat. Cedit enim labori voluptas aim autē va
cātem cito preoccupat cōtuere salomonem p o
ciū multis fornicacōib; iuolutū. a p fornicacōis
vicia vsq; in ydolatriā lapsū.

De mōichis q̄ in curis rez occupāt. Cap. 21.

Hñ qui pro dei amore seculo renunciant et
tamen curis rerum familiarium implican
tur. quanto se rerum studijs occupāt. tanto di
uine se ipōs subtrahūt caritati. Qui simul a ter
renis parē curis a in diuinis se exercere student
vtrumq; simul opleri non valēt. Nā duas curās
pif in esse pectori humano nō posse a duob; ser
uētē. dñis vni placere difficile eē. euangelicus

sermo manifestat dicēs . Nemo potest duobus
dominis seruire . a cetera . Nisi prius a secretōri
bus cordis expellatur importuna seculariū mul
tudo curarū anima que intrinsecus iacet neq̄
q̄ refurgit . Nam dū se per innumeras seculi co
gitationes spargit . ad cōsideracōem sui se nulla
laten⁹ colligit . Arguitur eoz torpor qui deo va
care volentes et mūdo renunciāt . a curas p̄pri
as alpnantur . s̄ dū p̄pinq̄uōū vtilitates pro
curāt a dei amore se sepant . Vir spiritalis ita
p̄desse debet sue p̄pinq̄uitati . ut dū illi gratiam
carnis p̄stare studet . ipse a spiritali p̄posito nō
tedimet . Multi enim mōchoꝝ amore p̄ntum nō
solum terrenis curis . sed etiā forcib⁹ iurgijs
inuoluti sunt . et pro fuoz tpali salute suas ani
mas perdidērūt . Interdū ordinata discretō est
dum negatur parenti q̄ prestat extraneo . ut
noueris non pietatis p̄hiberi officium . sed ne
gare carnalitatis affectū . Parētib⁹ enim non
carnaliter prestat . q̄ extraneis pie impēdiē
Sicut nostra nob̄ non odiēda est anima . s̄ ei⁹
carnales habere odio debem⁹ affectus . ita nec
p̄ntes odio a nobis habendi sunt . s̄ eoz impe
dimenta que nos ab itinere recto p̄pediunt .
Dum tamē dñs ita precipit a nobis parētes o
dire . sicut a animas nostras . s̄ figuram sancto
rum virorum seculō abrenūciancium . yaccas

designare allophisor. archā dei gestātes. Nā
sicut ille pignorū affectib; a recto itinē minime
digresse sunt. ita a vir sādus mundo abrenun
tians parētele obtentu. non debet a bono prepe
diti pposito.

De hñs q̄ amorē dei impediūt. Cap. 22.

Multi cupiunt vacare ad gratiam dei. sed ti
ment carere oblectamentis mundi. Pro
uocat quidem eos amor xpi. sed reuocat cupi
ditas seculi. Qui proinde obliuiscitur voti. quia
capuntur illesebris vanitatis. Quicūq; mens
procellis mūdi huius inuolucris. Ingnū scē
de crucis. ut a mari. id est a tēpestate huius se
culi libereris. Nā nullus te a lacu mortis eterne
saluabit nisi cristus eruerit. Quā seculo renūci
are disposuit trāsgressionis reatu astringitur
si votum mutauerit. Atrociter enim in discussi
one diuini iudicij arguēdi sunt. qui qđ profes
sione sponderāt. implere opere cōtemperūt
Mirabiliter cōpatur similitudo. qui a volupta
tibus mūdi conatur redire ad deū. retinētibus
eum cupiditatib; seculi. ei qui dormātans cona
tur exurgere. et torpore sompni deprimit. Ille
enim ad bonum nouit redire. sed voluptatum
fascibus non finitur. iste melius eligit vigila
re. sed soporis corpōe tenetur. A bono in deteri
lapsos supra carbonēs frīgidos fieri nigriores.

qꝛ per tꝛiporem mentis ab igne caritatis dei ex
tincti sunt. ⁊ p mundi appetitū. luce superne illu
minacōnis priuati nigredine peccatorꝝ fuscan
tur. Quidam ab intēcōne bone opacōnis metu
extinguunt inopie. nec pmittūt infirma mē
te desiderata perficere. Et cū indigere excedunt
in mundo metuūt a gloria superna semetipsos
Multis cōsiliōrū argumentis insidiatur dyabo
lus in acquirēdo plurima. q̄ in paucis et modi
cis deuouerāt esse contenti. opponens in eorꝝ mē
tes figuās filiorum ⁊ egestates persuadet habe
re plura vnde sibi egemisq; sufficiant. quatinꝰ
hīs blandimētis intencōnem bone deuocōnis
subuertat atq; in terrena lucra deceptā mentē
reducatur. Multis argumētis insidiatur dyabo
lus eis qui renunciant seculo. ut eius se iterū a
more substernant. Grauius autē incōcupiscen
cijs seculi illos ferit quos post renūciacōnem.
ad mundi amorem reduxerit. ⁊ maxime per ce
nodoriā subuertit sibi dyabolus monachū ut
quem p seculi amorem retinere non potuit. ab
humilitatis culmine subtrahat. et p supbie tu
morem sibi subditum faciat. Dei seruꝰ semp fal
lētis dyaboli insidias preuidere debet. ⁊ magis
in bonis operibus cordis debet adhibere caute
lam ne per vanam gloriam perdat semetipsum
ac peat. cunctaq; bona amittat. qui recte agēdo

obtinuerat. De iactācia.

Cap. 23.

Am in factis q̄ in dictis. cauēda ē iactācia.

Iflēda tā ruina. sibi quēq̄ magis q̄ dō plā
cere. ⁊ laudē ab hominib; opae. Vanus circōis
ē anim⁹ plen⁹. famā appetē. ⁊ ad capiendā ter
renā laudē studium dare. Circūspice temetipfū
o hō nichilq; tibi arroges que in te sūt p̄f̄ pec
catum. Nō dedit ad dexterā quā nō sibi s; deo
tribuit bona que agit. Neq; ad sinistrā se vertit
quī de diuina indulgentia peccādi licentiā non
presumit. Hoc ē q̄ p̄pheta ait. Hec est via ābu
late in ea. neq; ad dexterā neq; ad sinistrā. Ve
rum est qd̄ natūā expectat delectari in laudib;
s; tunc recte si in dō nō in se q̄sq; laudetur. Sicut
scriptū est. In dño laudabit̄ aia mea. Sepe va
nam gloriā cōtēpnendo. in aliud gen⁹ elacōis in
ciditur dū in se quisq; gloriatur p̄ eo q̄ cōtēple
rit ab hominib; laudē. Quibusdā cōcessum ē tm̄
bñ agere. et fructū boni operis nō habere. quē
ipfi sibi auferunt per studium humane iactāci
e. Semper suam aspiciant fedicitatem. qui va
ne glorie fauores diligūt. et perdidisse se bonū
opus dolcant. q̄ pro humana ostentacōne fe
cerunt. Amator vane glorie vnde possit sem
per laudari agere non quiescāt. et subinde illi
vires vanitatis prauus appetitus auget. Boni
operis inchoacō. non debet palam cicius ad

hominū cōgnōnem venire. Ne dum boni incho-
atio humanis oculis referatur a virtute pfecti-
onis inanesat cōpō sanctitatis. Ante maturi-
tatis enim tempus messes florētes cito pcutunt
geminaq; inutilia fiūt. Virtutes factorū per o-
stētacōnis appetitum dñio immūdoꝝ spiritū
subiciūtur. Sicut ezechias rex q̄ diuitias suas
chaldæis p iactanciam pdidit. ⁊ propterea pi-
turas p pphetam audiuit. ut significaret dī ser-
uū virtutes suas dum p vane glorie studiū p-
diderit pdere. ⁊ statim demones suoz operum
dños facere. sicut ille p ostentacōem chaldæos
rerū suarum dominos fecit. optima est illa dis-
cretō ut ⁊ nota sint opa nostra ad augendam
dei gloriam. ⁊ occulta pro vitāda laude huma-
na. Ille aut debet publicare bonum quod agit
qui tā pfecta humilitate fundatus est. ut nul-
la iam elacōue cōtingatur. Nā hīs qui se intel-
ligit adhuc amore laudis pulsari. facta sua bo-
na in occulto agat. ne forte quod egerit pdat
interdū viri sādī dum cupiunt funditus suā
mutabilitatem corrigere. aliquādo timore tan-
gūtur elacōnis. sue cōscīj actiōnis iusticie. s; ab
huius abrepcōnis malo. humilitatis opundi-
one purgantur. Viri sādī nō nūq̄ quosdam
de se audientes in se ruūt. ⁊ tamē in hīs alta se
cōsideracōne custodiunt. ne dū alios a terrena

intencōne erigunt. ip̄i in terrene laudis appeti-
tu dimergantur. Quidam per incautam virtu-
tum iactanciam relabūtur ad vicia. ⁊ quidam
dum vicōrum impulsū frequenter plangunt
de ipsa infirmitate validi⁹ per humilitatem cō-
ualescunt. Plerumq; vtile est arrogantibus
deseri a deo quatinus sue infirmitatis consij ad
humilitatem redeant. ⁊ humiles post casum ex-
istant. Nōnulli falsa opinione arrogancie se ef-
se perfectos existimant dum nō sint. quia ob
ortis temptacōibus innotescunt. Quanto quis
q; veritatem sit vicinior tanto longius se esse ab
ea arbitratur. hoc enim humilitatis est. que
deo hominē iungit. Ceterū iactācia oculos q̄bz
deus videri poterit claudit. Sicut sol radi⁹ dū
cōspicitur acies oculi hebetatur sic ⁊ q̄ immode-
rate alciōra se scrutat. ab intēcōe veri obtūdiē
Sicut aquila ex alto ad escas collabit. sic hō de
alto bone cōuersacōis p carnalē appetitū ad in-
feriora dimergitur.

De ypocriti.

Cap. 22.

Pocrita verba sanctorum habet. vitam
non habet. ⁊ quos per sermonem doctri-
ne genuerit non fouet exemplis sed deserit.
Quia quos verbo edificat. vita ⁊ moribus de-
struit. ypocrite simulatores dīcuntur. qui iusti
esse nō querunt. sed tantum videri cupiunt.

Uñ mala agūt a bona p̄fitētur. per ostentacō
nē quippe boni apparent p̄ actionem vero mali
existunt. Omnia possunt ex simplicibus viciā
perpetrā. falsacō vero a ypocrisis nō omittit̄ nī
si a male astutis. p̄ calliditatē valentibus vici
a s̄b specie virtutū celare a non verā sanctitatē
obicere. Sancti nō solum gloriā supra modum
suū omnino nō appetunt s̄ etiam hoc ipsum vi
deri refugiunt qđ esse meruerūt. ypocrite autē
maliciā suā occulte agētes ante oculos ho
minū quadā innocentie sanctitate se vestiunt
ut venerētur. Quibus bene diuina voce dicitur
Ve vob̄ ypocrite quia similes facti estis sepul
chris dealbatis. que foris quidē apparent homi
nibus speciosa intus vero plena sūt ossib⁹ mor
tuorum. Ita a vos foris quidē apparetis homini
bus iusti. intus vero pleni estis auaricia a iniqui
tate. Dupliciter dāpnantur ypocrite. siue pro
oculta iniquitate siue p̄ apra simulacōne. Ex
illo enim cōdempnantur q̄ iniqui sunt. ex isto
quia ostendūt qđ non sūt. Non semper latent
ypocrite. q̄ et si in principio sui quidā non pa
tent. prius q̄ vita eoz̄ finiatur q̄ similitate vire
runt detegūtur. Omne enim sincerū permanet
nā que simulata sunt diuturna esse nō possunt
Non eoz̄ despanda est salus qui adhuc aliqđ
terrem sapiunt. dū possint et in oculis agere

vnde iustificentur. Hñ meliores sunt ypocri-
tis eo q̄ mali sint in aperto. et in occulto boni
ypocrite vero occulte mali sunt et bonos se pa-
lam ostendunt. Ypocritam iustus arguere p̄-
hibetur. ne deterioꝝ castigatus existat dicente
salomone. Noli arguere derisorem ne oderit
te.

De Inuidia.

Capitulum. 27.

Iuor alieni boni suum punit auctorem.
nam vnde bonus proficit inde malus
contabescit. Homines prave viuentes sicut
de bonorum lapsibus gratulantur. ita de eo-
rum recte factis. boniq; perseverantiam con-
funduntur. Inuidus membrum est dyaboli.
ob cuius inuidiam mors introiit in orbem ter-
rarum sicut et superbus membrum est dyabo-
li. de quo scriptum est. omne sublime videt et
ipse est rex super omnes filios superbie. Nulla
est virtus que non habeat contrarium. Inui-
die malum. sola miseria caret inuidia. quia ne-
mo misero inuidet. cui reuera non liuor obici-
tur sed sola misericordia adhibetur. Multi et
bonos imitari nolunt et de bonorum profecti-
bus inuidie liuore contabescunt. Quo fit ut nec
illi corrigantur a malo suo sed per inuidenciã
deterioꝝrentur et bonos a recto studio quãtum
in ipsis est. si potuerint et prauare conentur.

Quando boni malos proficere vident. non scandalizantur. sed que sint finem habituri maxime cogitent. Hoc omnis inuidus alienis virtutibus prestat. quod beato Iob sathā prestavit. Nam dum emulatus prosperitatibus commouit aduersa. vñ eum credidit dyabolus posse prosterni. inde ei auxilia sunt merita. atque inde claruerunt probabiliora paciencie documēta. Ita requirunt inuidi aditum male fame. per quam bonorum vitam maculent sicut querebant ostium sodomite ut domum loth non citius introirent. Illi vero cecitate erroris pietes videbant ostium non inueniebant non aliter inuidi videndo. velut pietem virtutes dissimulant. vitia vero percipiunt. per que eorum conscientia vrant.

De simulacione.

Cap. 26.

Fraudulencie genus in modum pharetre subtiliter insidiarum sagittas celat. ut falsam faciat securitatem. decipiatque callide eum. extra quem occulte molitur insidias. Cauendum est inimicus qui manifestus est. sed magis ille qui videri non potest. Facile enim vincimus quem videmus. quem autem non videmus difficile a nobis expellimus. Raro nocetur homo ab extraneis si sui eum non ledant magis enim insidiis nostrorum quam aliorum perditamur. Latet sepe venena circummuta melle verborum a tam diu deceptor bonitatem simulat. quam usque fallendo decipiat.

De odio. Cap. 27.

Non hominē sed vitia odio sunt habenda.
Flebilis autē deplorādi sunt. q̄ odio in fra-
tre tatescūt. ⁊ cōtra alios perniciosū dolum am-
miseruant. a regno enim dei se separāt q̄ semet
ip̄sos a caritate dissociāt. Sicut mater ecclesia
prauē ab hominibus hereticis premitur. ⁊ ta-
men eos ad se venientes benigna caritate āple-
ctitur ita ⁊ singuli nr̄m quoscumq; inimicos su-
stinemus. reuertētes mat̄na imitacōe āplecti
statū debem⁹. Cito ē ignoscēdū cuiq; dum veni-
am postulat. Nō enim posse peccā dimitti ei q̄ in
se peccātū debita non dimittit. sformā enim nob̄
indulgentie. deus ex merito ꝛdicōis nostre im-
posuit. dum ita nos orare precepit. Dimitte no-
bis debita nostra sicut et nos dimittimus debi-
torib; nostris. Iustum est enim dei iudiciū
tantumq; peccatori a se indulgi ostendit quan-
tum aleccerutro vnusquisq; in se offenso indul-
get. Quidam de suis confidentes meritis pigre
in se delinquentibus veniam prēstant. Sed ni-
chil proficit illibatum esse a culpa. qui nō est
paratus ad veniam. dum potius hec magna sit
culpa qm̄ tardius relaxāc̄ frat̄na dilicta. Qui
fr̄e; sibi tardius recōsilat deū sibi tardius placat
sfrustra enim ꝓpicari sibi deū q̄rit q̄ cito pla-
care sibi ꝓximū negligit.
De dilectione. Cap. 28.

DNo sunt ergo dilectionē p̄oximi cōseruā
da. vnū ne quis malum inferat. alterū ut
bonū impēdat. Primū ut caueat ledere sequēs
ut disceat prestare. Amicitia est animoz socie
tas. Hec quippe a duobus incipit. nam minus
q̄ inter dnos esse dilectio non potest. Antiqui
dixerūt de societate duoz vnā eē animā in duo
rū corporibus p̄pter vim scilicet amoris sicut in
adibus ap̄torū legimus. Erat illis cor vnum
a anima vna. non q̄ multa corpa vnam habe
bāt animam. sed quia vinculo caritatis erant
cōiuncti. vnū omnes generaliter sine discensio
ne sapiebāt. Amicitia p̄spas res dulciōres fa
cit. a aduersas cōione temperat. leuioreq; red
dit. q̄ dū in tribulacōne amicū consolacō adū
gitur. nec frāgitur animus nec cadere patitur.
Tūc vero amicus amatur. si nō pro se sed p̄ de
o amatur. Qui vero pro se amicū diligit insipi
enter eum amplectitur. Multū in terra dimex
sus est. q̄ carnaliter hominē mortuū plus dili
git q̄ oportet. Qui enim intemperāter amicum
diligat. p̄ se magis q̄ pro deo illum amat. Quā
tum enim bonū est qui p̄ deo fratrem diligit. tan
to perniciosum qui eum p̄ se ipso amplectitur.
Plerūq; diligit in alio homo quod in se odit.
ut puta in infantibz amamus enim quādam il
lorum ignauā et tamen in nobis odim⁹. quia

ignavi esse nolumus. Sic lapides equosq; et
cetera q̄ licet diligamus. ipsi tñ nolum⁹ hoc es
se etiā si possimus.

De fictis amicitijs.

Cap. 29.

Hic p̄ aduersa fraudulenti⁹ pat; amicus
nā in p̄spitate incerta ē amicitia. nec scit
vtrū persona. an felicitas diligatur. Sepe per si-
mulacōnem amicitia colit. ut qui nō potuit ap-
te decipere decipiat fraudulenter. Tunc quisq;
magis fit pietati iusticieq; diuine contrarius.
quādo despiciat amicum aliqua aduersitate p̄cul-
sum. Qua in re et sibi occasionem mercedis tol-
lit. et erga percussione proximi crudelis existit
veluti factum est inter lazaru vlcerosum diuitem
q; superbum. Per aduersa igitur et prospera com-
probatur si vtrūq; diligatur vere deus et p̄xim⁹
quā dum aduersa procedunt amicus fraudu-
lenti⁹ detegitur. statimq; despiciat quē se dilige-
re simulauit. Amicitia vera nulla vi excluditur
nullo tempore aboletur. vbiq; enim se vertit
tempus. illa firma est. Rari sunt qui vsq; in fi-
nem existāt cari. nam multos a caritate aut ab-
uersitas temporis. aut contentō quelitet actio-
nis auertit. Sepe et per honorem quorūdam mu-
tantur et mores. et quos atea vglutinatos cari-
tate habuerāt postq̄ ad culmen honoris vene-
runt amicos habere despiciunt.

De amicitia munerē orta.

Cap. 30.

Iter viros amicitia a beniuolencia oritur
que ex interfacto beneficio adiungitur. Nō
sunt fideles in amicitia. quos min⁹ non gratia
copulat. quī cito deserūt. nisi semper acceperint
dilectio enim que munere glutinat eodem suspē
so dissoluitur. Illa verā est amicitia que nichil
querit ex rebus amici. nisi solā beniuolentiam
scilicet ut gratis amet amātem. Plerūq; amici
tia ex necessitate vel indigētia nascitur. ut sit p
quem quisq; quod desiderat consequatur. Ille au
tem veraciter querit qui nichil egēdo eam ap
petit. nam illa ex inopia breuis est et fugitiua
ista pura atq; perpetua.

De malorū cōcordia.

Cap. 31.

Amicicia in rebus tācū bonis habenda est
nam qui ea in malo vtiunt. non sibi amici
sed inimici existunt. Cōcordia malorū. cōtraria
